





2035



E
Cust
21











Liber primus de principijs syllogismorum.

Prefatio fratris Hieronymi Sauonarole ordinis predicatorum in Compendium Logice.

Quoniam logica est rationalis scientia ad omnium methodorum principia uiã habens: sine qua cetere scientie pfecte acquiri nõ possunt: nõnulli sacrarũ lrarum amatores eius cognitionẽ habere desiderãt. Verũ multi tũ ppter eius difficultatẽ: tũ pp librorũ Aristotelis obscuritatem: tum pp magnas sophistarũ ac uarias uerborũ ĩuolutiones: tũ etiam pp infinitas quodãmodo diuersorũ autoruʒ discrepantes opiniones: ab hoc tã necessario studio retrahuntur. Ego igitur eis cõpatiens: cum cõfidentia diuini auxilii statui breuiter, distincte & faciliter totaʒ dialecticam ex dctis excellentissimorũ uirorũ more mathematico ita in unum colligere: ut oẽs q eã pdiscere cupiunt pretermissis obscuritatib9 facilem ad eam uiã habeãt & planã. Quia igitur logica principaliter intendit tradere notitiã syllogismorũ seu argumẽtationum: & syllogismi ex ppositionibus constãt: ppositiones aũt ex simplicibus uocibus cõponuntur: primo tractandum ẽ de simplicibus uocibus. A diffinitiõe ergo uocis ĩcipiamus.

Compendium logice fratris Hieronymi de Ferraria ordinis predicatorum.

De principijs syllogismoruʒ liber primus.



Vox ẽ sonus animalis causatus ab aĩa ex pcussione respirati aeris ad arteriã uocalẽ cũ quadam imaginatione. primuʒ pricipiũ

Nam soni inanimatorũ corporũ & illi qui fiunt absq imaginatione ut est tussis: & qui nõ fiunt in arteria uocali ex pcussione respirati aeris ut sunt quidã soni, quos qdã aĩalia aquatica cum branchiis faciunt: nõ sunt pprie uoces sicut nec illi

a



q̄ fiunt in fistulis ab hominibus: ut dicit Aristo. i. ii. de aĩa.

ij. ¶ Vox significatiua est que preter sonum auditum aliquid intellectui representat.

Vt hec uox homo que preter sonum suum representat intellectui rem ipsam que est homo.

iij. ¶ Vox non significatiua est que nihil aliud representat intellectui preter ipsum sonum.

Vt hec uox buba uel coax. Nihil enim representatur ĩtellectui ex prolatione harum uocum preter sonum.

iiij. ¶ Vox significatiua naturaliter est que oĩbus hoĩbus preter sonũ suũ representat idem.

Vt latratus canũ/ qui significat p̄ter illũ sonũ irã canũ apud oĩs. Et simililiter gemitus infirmorum/ significat tristitiam apud omnes.

v. ¶ Vox significatiua ad placitũ est que nõ idem p illum sonum repñtat apud omnes.

Hec enim est uox q̄ ĩposita est ad significandũ ab hoĩbus secundũ bñplacitũ uoluntatis eorum. Nã posset & aliud quid & aliomõ significare/ ut he uoces/ lapis/ lignũ/ aurũ/ & si q̄ sunt huiusmõi/ q̄ apud grecos uel hebreos/ uel nihil significant/ uel nõ idẽ qđ significãt apud latios. Quãuis ergo res & m̃tis concept9 sint idẽ apud oẽs: non tñ uoces/ & lr̃e q̄ easdez res significãt uel eosdẽ mentis concept9. Nã uoces sunt ĩuente ab hoĩbus ad exprimendũ sibi ĩuicẽ concept9 mẽtis. Littere uero/ ad conseruandũ uoces que p se conseruari nõ possunt.

vj. ¶ Vox prime itentionis ẽ que significat cõceptuz q̄ est ĩmediate acceptus a re. & ẽ similitudo eius: & in ea ĩmediate fundatur.

Vt hec uox hõ/ q̄ ĩuenta est a latinis ad exprimẽdũ cõceptũ qui hẽtur đ natura hũana/ qui quidẽ accipitur ab ĩpa natura hũana & ẽ similitudo siue imago eius/ & ĩ ea ĩmediate fundatur/ quia natura hũana est eius obiectũ ĩmediatum.

¶ Vox secunde itentionis ē, q̄ significat cōcep tuȝ mētis, acceptũ imediate, nō a re itellecta. sȝ a modo itelligendi ipsam rē. Et imediate funda tur in ipsius rei pmo conceptu. vij.

Nā p⁹ q̄ itellectus cōcepit naturā humanā secundũ primam intentionē postea icipit eā cōpare singulis hoib⁹: Et cũ uidet q̄ oībus singularib⁹ hoībus cōuenit, forat aliũ cōceptũ d̄ na tura hũana, quia primo eā ſȝ se cōsiderabat nũc aũt cōsiderat eā ſȝ q̄ est i multis, uel i oībus hoib⁹. Et iste cōcept⁹ d̄r scd̄a intētio: q acceptus ē nō a re imediate, q̄ ē natura hũana: sȝ ab illo mō itelligēdi quo eā itellexit oībus hoībus cōuenire. Et sic uocat eam ulēm uel spēm: uel cōem. Vñ iste uoces genus. spēs, dr̄ia, ppriũ, accidens, indinduũ, ulē, predicabile, & si q̄ sunt huiusmōi sunt uoces secunde intentionis.

¶ Genus est quod p̄dicatur de pluribus diffe rentibus spē in eo q̄ quid. viij.

Predicari alterũ de altero, est enuntiare hoc esse illud. Vt cũ dico, hō est aīal, aīal d̄r predicatũ, quia de hoīe enuntiatur, hō auteȝ qd̄ suscipit nomē & predicationē aīalis d̄r sbm̄. Illa autē dnr̄ differre spē, q̄ sunt diuersaꝝ naturaꝝ, q̄ qdē diuersi tas cognoscitur ex diuersitate figure, & ppriaꝝ opationũ. ut homo, & leo, & equus, q differunt spetie, ut pȝ ex figura & ppria opatione uniuscuiusq̧. Illa aũt differũt nũero solũ q̄ hñt eādem naturā specificā: sȝ tñ sunt diuerse res, ut singu li homines. Dicũtur autē differre numero, qa in numerando differunt, dum semp alius & alius accipit. Illud aũt d̄r p̄di cari in qd qd̄ rñderi pōt ad iterrogationē factā p qd, ut cuȝ dico, quid est hō, nō recte rñdetur albus uel rōnalis, sȝ aīal. Igit̄ aīal p̄dicatur in qd de hoīe. Quicqd igit̄ p̄dicat̄ de plu ribus differentibus spē in eo q̄ qd est genus, ut aīal & corp⁹.

¶ Species ē qđ subest generi: ꝛ p̄dicatur d̄ plu ribus differētibus nũero in eo q̄ quid. ix.

Quia.n.spēs & genus ad inuicē referunt & spēs est alicuius generis spēs:& genus alic9 spēi/ uel aliquarū spērū genus est: idcirco necesse est spēm in descriptione generis poni/& gen9 in descriptione spēi/ unū enī nō pōt esse nec intelligi sine reliquo. Quāuis aūt aīal & corpus q̄ sunt genera p̄dicentur de pluribus differentib9 nūero in eo q̄ quid:nō tn̄ hoc faciunt inq̄tū genera/ s3 inq̄tum spēs. Tunc enim assumūt sibi rōnē spēi. Quicquid enī subest generi:& p̄dicatur d̄ plurib9 drnti bus numero in eo q̄ quid:est spēs.

x. ¶ Genus generalissimū est illud quod ita ē genus q̄ nunq̄ est spēs.

Supra ipsum enim nō pōt aliud genus uenire. Et sunt dece3 genera generalissima. V3. Sbā. Quantitas. Ad aliq̄d. Qualitas. Agerē. Pati. Esse ī loco. Esse ī tpe. Sitū esse. & Hr̄e. L3.n. q̄dam sint cōissima ut sunt res/ ens/ uerū/ unū/ bonū & aliq̄d & si qua alia sint huiusmōi nō tn̄ sunt genera/ quia nō p̄dicātur d̄ illis decē secundū eāde3 rōnem uel equaliter & uniuoce hoc autem magis patebit inferius.

xj. ¶ Spēs spālissima ē q̄ ita ē spēs. q̄ nō ē gen9.

Infra ipsa3 eni3 nulla spēs inuenit/ut est hō/capra/ leo/ q̄ nō diuidūtur in diuersas spēs s3 in indiuidua.

xij. ¶ Subalterna genera sunt/ q̄ & genera sunt & spēs ad aliud quide3 & ad aliud relata.

Vt sunt corpus & aīal/ q̄ sunt inter generalissimū quod est substātia:& inter spālissimū/ quod est hō. Si eni3 referantur ad sbā3/sunt spēs. Si aūt ad hominem/ sunt genera. Vnde habent duas habitudines ex q̄bus diuersa uocabula sortiuntur. Genus aūt generalissimū h3 solū unā hitudinē:sc3 ad inferiora/ ex qua sortitur nomē generis. Si aūt ad superiora referat: nō sortitur nomen spēi s3 inferioris. Similiter spēs ex una tm̄ hitudine/ scil3 ad superiora sortitur nomē spēi. Ex hitudine aūt ad īferiora:nullū aliud nomē sortitur p̄ter nomē spēi.

¶ Differentia est qđ pdicatur đ pluribus spē differentibus in eo quod quale. xiij.

Quedam eniȝ res differunt aliquādo p aliquod accidens sicut sortes differt a platone, quia ille albus ē, iste uero niger, uel cicnus a coruo. Ista ergo accidētia quibus hę res differūt, siue a re possint separari, siue nō, nō possunt ꝓprie dici drīe rerꝫ simpliciter sȝ drīe accidētales. Illā igitur appellamus ꝓprie hoc in loco drīam q̄ facit differre alterꝫ ab altero scđm sbām ut ē rōnale & sensibile. Vnde glosādū est cū dr̄ i eo ꝙ quale: scilȝ subāliter nō accidentaliter. Predicari aūt in quale illud dr̄ quod rn̄detur p interrogationē factā p quale. Vn̄ cū dico qualis est hō, recte rn̄detur rōnalis. Igitur rōnale pdicatur ī quale. Nota aūt ꝙ & si sint q̄dam drīe spērꝫ spetialissimaruȝ q̄ conuertuntur cū spē, & de sola illa spē pdicentur: tn̄ data ē diffinitio hoc modo ꝙ scilȝ drīa pdicatur de pluribus drn̄tibus spē: quia ille tales drīe a nobis ignorātur. Vn̄ descripta ē drīa pro iis q̄ sunt nobis note. He aūt sunt q̄ predicantur de pluribus drn̄tibus spē in eo ꝙ quale. Ad cōplectendū auteȝ oēs drīas posset sic drīa diffiniri: quod scilȝ est qđ pdicatur đ spē, uel de pluribus drn̄tibus spē in quale substantialiter.

¶ Proprium aūt est inseparabile accidens qđ soli alicui sbō inest: & omni cōtento sub eo, si est spēs vel aliud vniuersale. Et semper. xiiij.

Accidens enim dr̄ non eo modo quo statim diffinietur, sȝ eo modo quo quicqd non est de sbā rei esse accidens rei dr̄ cū inest ei. Est eniȝ ꝓprietas que sequitur subām rei q̄ a re separi nō pt ut risibile in hoīe. Solet ēt dici ꝓpriū quod omni inest, sȝ nō soli, ut hoī esse bipedē. Sed hoc nō est ꝓprie dictuȝ. Et similiter quod soli sȝ non omni: ut hoīem esse medicū. Et qđ omni & soli sed non semꝑ: ut canescere hoī tm̄ in senectute accidit. Et hec duo magis ꝓprie dicuntur. Sed maxime ꝓpriuȝ

est illud quod dictū est. Unde dr̄ propriū quarto modo.

xv. ¶ Accidens est qđ adest ꝛ abest vel pōt itelligi adeē vel abeē preter subiecti corruptionem.

Est enī natura q̄ alteri inest semper: quia per se esse nō pōt. Et tamen sbm̄ in quo existit potest esse sine ea & cū ea fm rē uel fm intellectū pter sui corruptionē, ut albedo in hoīe. Nā hō pōt esse sine albedine: & si ei adueniat nō corrumpet. Et similiter nigredo ī coruo. Pōt enī ītellectus cōcipe ꝙ coruus sit & nō sit niger, sꝫ albus uel alio colore coloratus.

xvi. ¶ Uniuersale est qđ est in multis: ꝛ predicatur de multis.

Ut sunt ea q̄ dicta sunt scꝫ, genus, spēs, dr̄ia & c.

xvii. ¶ Predicabile dicitur quicquid est aptū natū predicari de pluribus.

Ut est hō aīal, & huiusmodi coīa. Nā indiuiduū nō proprie predicabile dr̄: quia de uno solo predicatur, scꝫ de se ipso.

xviii. ¶ Indiuiduū est illud qđ in seipsū est idiuisū ꝛ diuisum a quolꝫ alio a se.

Ea enī q̄ sunt cōia dicuntur in se ipsa diuisa, pro eo ꝙ multis cōicari possunt. Indiuiduū autē nulli pōt cōicari, ut est sortes, & plato, q cum sint distincti a ceteris rebus de aliis predicari non possunt.

xix. ¶ Uox vniuoca est que pluribus cōuenit secūdū eandē rōnē ab ipa voce sumptam.

Quia enī uox mediātibus cōceptibus significat uel etiā ipos conceptus q cōceptus sunt quasi rōnes rerꝫ quia ut dicit Aristoteles rō quā significat nomē est diffinitio. Et una uox potest plures res significare: idcirco accidit aliq̄ndo ꝙ una uox pluribus rebus conuenit, q̄ sub uno conceptu cōprehendunt̄ siue sub una rōne illi uoci correspondente uel accepta ab illa uoce. Et tunc illa uox dr̄ uniuoca seu uniuocatio, & res sub illa uoce cōprehense appellantur uniuoca. Sicut hec uox hō

que omnibus hoībus conuenit / qui omnes sub una rōne & uno conceptu cōprehenduntur / idest sub rōne nature huma ne q̄ omnibus equaliter conuenit. q quidē cōceptus illi uoci hō correspondet quia nihil aliud significat q̄ ipsam naturam humanā / uel eius conceptū. Hec igitur uox hō dr̄ uox uniuo ca / & omnes hoīes in hac uoce uniuocantur. Vnde uniuoca dicuntur quoꝝ nomen cōe est & rō sbē ab illo nomine sump ta est eadem.

¶ Vox equiuoca ex ē q̄ pluribus cōuenit secun duȝ diuersas rōnes ab illa voce sumptas. xx.

Aliquando eniȝ una uox pluribus conuenit rebus q̄ nō com prehendūtur sub uno conceptu illi uoci corrn̄dente / quia illi uoci plures rōnes corrn̄dēt. Vt hec uox canis q̄ cōuenit pisci marino / sideri celesti / & cani latrabili / sed sub diuersis rōnibꝰ illi uoci rn̄dentibus. Nā intellectꝰ aliaȝ rōnem nature canine accipit in uno / & aliā in altero / quia alia & alia rōne dr̄ canis sidus celeste / & piscis marinꝰ / & latrabilis canis. He igitur res dn̄r equiuoca / quia nomen eis solū cōe est / & rō substantie ab illo noīe sumpta est diuersa. Et uox illa quoq̧ dr̄ equiuoca / uel melius equiuocatio.

¶ Analoga vox est que pluribus conuenit re bus secunduȝ rōnes partim diuersas ꝛ partiȝ easdēȝ ab illa uoce sumptas. xxi.

Nā aliquando una uox pluribus conuenit rebꝰ q̄ hn̄t rōnes ꝑtim easdeȝ & ꝑtim diuersas ab illo noīe sumptas / quia ī ali quo conueniunt & in aliquo differunt. Et tunc illa uox ana loga uocatur / ut hec uox sanū que conuenit aīali inquantuȝ est sbm̄ sanitatis / & urine inquantum est signum eiusdeȝ sani tatis / & medicine inquantum est effectiua eiusdē. He igitur rationes differunt in hoc ꝙ in una ponitur sbm̄ / in altera si gnum / in tertia uero effectiuū. Conueniunt aūt omnes in sa nitate: & ibi terminantur sicut diuerse linee ad eūdē punctū.

Res ergo iste dicũtur cõuenire ĩ hac uoce sanũ ſm analogiã.

xxij. ¶ Vox denoiatiua siue denominãs est que ab aliqua re sumitur cuius nomen ab ea differt in fine pnuntiationis ⁊ conuenit in principio.

Vt hec uox iustus q̃ sumitur a iustitia q̃ ẽ in iusto: & differt a noie iusticie in fine pnuntiationis: & cõuenit in principio ut p se pʒ. Studiosus ergo & si a uirtute dicatur / nõ tñ dnoiatur. Et similiter mulier musica a musica disciplina denominatiue non dicitur.

xxiij. ¶ Quedam uoces significant ea que nõ sunt ĩ subiecto sicut accidẽs et pdicantur de subiecto.

Vt hõ / aĩal / & corp9. In subiecto eniʒ illud dr̃ esse tanq̃ accidens quod cũ sit in altero / nõ tñ est ps eius nec põt esse sine eo ut albedo q̃ in margarita est nõ est ps margarite & sine margarita esse nõ põt: man9 aũt & pes & si ĩ altero sint nõ tamen sicut accidens quia ptes sunt corporis. hõ uero & corpus & similia in altero nõ dicuntur esse nec tanq̃ ptes nec tanq̃ accidẽtia: pdicantur tamen de subiecto. i. de inferiore. Aliter. n. capitur sbm̃ cũ dr̃ quedam esse in subiecto. & aliter cum dr̃ q̃dam pdicari de subiecto / p sbm̃ eniʒ primo loco nominatũ intelligitur substratũ hoc est id quod accidenti substernitur p sbm̃ autem secundo loco dictũ intelligimus id quod ĩferi9 est ſm pdicationẽ. Om̃es uero secũde sbẽ. i. sbẽ cões nõ sunt ĩ subiecto & pdicãtur de sbõ. q̃ sint aũt scd̃e sbẽ statim dicet̃.

xxiiij. ¶ Quedaʒ significant ea que nec sunt ĩ subiecto / nec predicantur de subiecto.

Vt sortes & plato. & cetera indiuidua sbẽ.

xxv. ¶ Quedam significant ea que sunt in subiecto ⁊ predicantur de subiecto.

Vt color albedo. & linea. & cetera accidentia cõia.

xxvj. ¶ Quedam significant ea que sunt in subicto sed non dicuntur de subiecto.

Ut hec albedo/ hec dulcedo/ & q̄libȝ indiuidua accidentiuȝ.

¶ Voces q̄ ptinent ad unū genus generalissi-mū: ad alid ꝓprie ptinere n̄ pn̄t nisi equoce sint xxvij.

Voces eniȝ & res sibi inuicē corrn̄dēt. Et diuersoꝝ generꝝ & non subalternatiȝ pōitoꝝ. i. quoꝝ unū non est subaltero: di uerse sunt spēs & dn̄e. Si sunt uere spēs eoꝝ & uere dn̄e.

¶ Quedam voces significant substantiam. xxviij.

Subā aūt est res p se existens/ & nulli in herēs sicut accidens. Ut hō animal & sortes & alia huiusmodi. Diuiditur aūt in primaȝ & secundā. Sbā aūt prima est sbā indiuidua/ q̄ ꝓprie est sbm̄ oiuȝ accidentiū/ ut sortes & plato/ & hic lapis & hoc lignuȝ. Sbē aūt scd̄e sunt gn̄a & spēs/ que de sbā prima predi cantur/ sine qua in reꝝ natura esse nō pn̄t. Vn̄ corruptis pri mis substantiis/ nihil remanet in natura/ quia sine ipsis nec sunt secunde sbē nec accidentia. Omnis ergo uox huiusmodi res significans est uox sbē.

¶ Quedam voces significant quantitatem. xxix.

Est aūt quantitas mensura sbē qua omnia mēsuramus. Et q̄ dam est continua ut linea/ supficies/ corpus. i. trina dimsio/ que nihil aliud est nisi lōgitudo/ latitudo/ & ꝓfunditas cor poꝝ. Et similiter locus qui est supficies locantis/ & tempus. Quedā aūt est discreta ut nūerus. Et fm̄ hanc quantitatem unū quodqꝫ dicitur equale uel inequale. Quelibet ergo uox huiusmodi res significans est uox de p̄dicamento quātitatis.

¶ Quedā voces significāt ad aliq̄d siue relatōes xxx.

Ad aliq̄d aūt est id cuius esse est ad alteꝝ ut dn̄s & pr̄. Dn̄s eniȝ est fui dn̄s/ & seruus dn̄i fuus/ & pr̄ filii pr̄/ & filius pr̄is filius. Et similiter simile simili simile & magnū ad puum & puū ad magnū/ refertur. Relatio aūt est id quod īter hec ex trema intelligitur esse/ ut pr̄nitas uel filiatio q̄ intelligit̄ esse īter pr̄eȝ & filium/ & sic de aliis. Et sunt relatiua talis nature

q̄ unū nō diffinitur / nec intelligitur / nec existit sine altero: Quelȝ ergo uox hec significans est de p̄dicamēto relationis.

xxxj. ¶ Quedam uoces significant qualitatem.

Qualitas aūt ē accidens ſm quod unūquodq̄ dr̄ q̄le. Et q̄dā est hītus .i. qualitas de difficili mobilis / ut uirtus & scīa q̄n ē fortiter radicata. Quedā est dispō .i. qualitas de facili mobilis ut cū quis hȝ sciam alicuius rei q̄ faciliter posset ab eo remoueri. Quedā est naturalis potentia uel impotentia / ut cū q̄s est bene naturaliter dispōitus ad currendū: illa dispō dicitur naturalis potētia a qua dr̄ ille cursor. Vel cū quis naturaliter est facilis ad patiendū nociua / illa mala dispō dr̄ naturalis īpotentia. Quedā est passio .i. qualitas q̄ subito ex aliqua passiōe īnascit̄ / sicut pallor q̄ nascitur ex timore / uel rubor ex erubescentia / q̄n scȝ est talis q̄ possit aliquo sensu p̄cipi .i. a uisu / auditu / olfatu / gustu / uel tactu. Vel q̄n nō subito nascit̄ / sed est fixa ī sbō aliis de causis dr̄ passibilis q̄litas / nō quia patiatur / sed quia cāt passionē in sensu .i. ī format sensuȝ sua similitudine / ut albedo / & q̄libet color / & odor / & sonus / & sapor / & caliditas / & frigiditas / & si qua sūt similia his. Quedā uero est figura ut circulus / quadratū / & alie spēs figura℞. Quedā est forma hoc est ipsius figure qualitas ſm quā dicimus hanc figurā formosaȝ illā uero mediocrē / unde & hoīes dicimus formosos. Secundū has igitur q̄litates dicunt̄ res similes uel dissimiles. Contrarietas aūt maxime est ī passibilib⁹ qualitatibus & passionib⁹. Omnis ergo uox huiusmodi res significans pertinet ad predicamentum qualitatis.

xxxij. ¶ Quedā uoces significant actionē vel agere.

Vt calefactō & frigefactio / uel calefacere / & frigefacere.

xxxiij. ¶ Quedam significant passionem uel pati.

Vt susceptio / & suscipere uel calefieri / & similia.

¶ Quedam ubi.

xxxiiij. Vbi aūt est esse in loco / ut esse in domo / esse in ciuitate.

¶ Quedam situm esse. xxxv.
Vt sedere / iacere / stare.
¶ Quedam quando.
Quãdo aũt est esse in tpe / ut esse in die / esse in anno. xxxvj.
¶ Quedam vo habere / uel habitum.
Vt esse armatum / esse calciatum. xxxvij.
¶ Quedam uoces sunt sibi inuicem opposite. xxxviij.
Hoc aũt nõ est sic intelligendũ quasi uox ipsa ẽm se sit opposita uoci / sed intelligendũ est illas uoces oppõitas esse q̃ res oppõitas significant / sicut uox in honesta dr̃ q̃ aliquod turpe significat. Quia ergo multe res sunt sibi inuiceʒ oppõite dicimus etiaʒ uoces res oppõitas significantes sibi inuicẽ oppõi.
¶ Contradictorie uoces sunt ille quarum una cum negatione / altera vo sine negatiõe pferr̃ xxxix.
Vt homo / non homo.
¶ Cõtrarie aũt q̃ cõtrarias qualitates significãt
Sicut he uoces. Calidũ & frigidũ. Albũ & nigrũ. Contraria xxxx.
enim sũt q̃litates q̃ nõ pñt simul eẽ in eodẽ sbõ / & maxime distant sub eodẽ genere. Albũ. n. & nigrum sub genere coloris maxime distant. Nulli. n. alii colores tantũ distãt sicut albuʒ & nigrũ. Et q̃dam hñt mediũ / ut albũ & nigrũ q̃ hẽnt medios colores / q̃dam uero minime / ut sanũ & egrũ ĩ aĩali. Aliquando aũt mediũ nominat̃ p negationeʒ utriusq; extremi / ut inter bonũ & malũ / quod neq; bonũ est neq; malum.
¶ Oppõite uoces scd̃m hitũ ꝛ puationẽ sunt ille quarũ una aliquam formaʒ significat altera xlj.
vero illius forme priuationem.
Priuatio eniʒ est negatio forẽ in sbõ apto nato hr̃e illã forãm ut cecitas q̃ priuat uisionẽ ĩ oculo apto nato uidere. Cecitas ergo & uisio sunt priuatiue oppõita / & uisio quidẽ hĩtus est siue forma cecitas uero priuatio hĩtus & forme.
¶ Uoces aũt oppõite scd̃m relationẽ sunt que

significant relatiua.

Vt pater & filius, de quibus iam dictum est.

xliij. ¶ Vox prime impositionis est que significat rez non uocis conditionem.

Sicut hec uox lapis, aurum, & lignum.

xliiij. ¶ Vox scde impositiois est que significat non ipsas res sed uocez ipsaz uel uocis cõditionez.

Vt he uoces nomen, & uerbũ, participiuz, oro, ppositio enuntiatiua, & si q̄ sunt huiusmodi. Prio eni hoies imposue runt uocabula rebus, deinde ipis uocabulis pp diuersas eo proprietates. Et q̄dam uocabula q̄ per casus flectũtur noia uocauerunt, quedam que nõ flectuntur uerba, quedam uero compõita orones. Et sic multa gña uocum constituerunt.

xlv. ¶ Apud logicos due sunt tantum partes orationis scilz nomen, & uerbum.

Omnes.n. uoces significatiuas p se uocant noia uel uerba, unde & aduerbia cũ noibus collocantur, participia uero sunt quasi quoddã mediũ inter nomen & uerbũ, nã & flectũtur p casus sicut & noia & significant cũ tpe sicut uerba. Ve qa id quod apud logicos pprie est uerbũ cũ noie semp facit oro nem ue uel falsuz significantẽ quod participiũ cũ alio noie iunctũ facere nõ põt sine uerbo, melius fm logycos pticipiũ cũ noie q̄ cum uerbo collocabitur. Cetere uero uoces q̄ nihil p se significant s3 cõsignificant, ut hec uox, ois, uel nulius quidã, aliquis, & cetere huiusmodi cũ coniunctionibus & disiunctionibus & ceteris oronum colligationibus, sincathe gorica.i.consignificatiua appellant.

xlvj. ¶ Nomẽ est uox significatiua ad placitũ, sine tpe, cuius nulla pars significat, separata, finita, & in recto.

Significare.n.cu3 tpe est cũ significato principali trahere se cum aliquã drĩam tpis. Cũ enim dr lego, hoc uerbũ signifi

cat actum legendi / & trahit secum tps presens. Nomen igit pōt significare tps / ut hoc nomen dies / uel hora / nequaq̄ aūt cum tpe significabit. Partes quoq; eius nō significāt sepate. Quāuis enim ptes huius nomis magr̄ / que sunt magis & ter separate significēt / nō tn̄ significant inquātū sunt ptes hui9 nomis magr̄ / alioquin significarent ptem magri / quod nequaquā ueꝝ est. Dicitur aūt finita / quia nomen cum sit uox significatiua hꝫ determinatā significationē / uox aūt infinita ut hec uox nō homo indeterminatā / unū eniꝫ negat & nihil ponit. Vn̄ similes uoces cū negatione sumpte noīa īfinita uocantur / sed nō sunt ꝓprie noīa. Similiter cāus noīuꝫ nō sunt proprie nomīa. Namque nomina cum uerbo semper faciunt orōnem uerā uel falsam / sed si dixero / ciceronis est / nullam feci orationē uerā uel falsaꝫ. Nomen ergo in recto sumitur.

Verbū est uox significatiua ad placitū cū tpe cuius nulla ps significat sepata finita / & recta. xlvij.

Infinitū qppe uerbū / ut nō lego / nō amo / & similiter obliquum ut currebat cucurrit apud logicū proprie nō sunt uerba. Vtitur aūt logicus uerbo indicatiui modi pn̄tis tpis / presertim hoc uerbo substantiuo / sum / es / est / in pn̄ti tpe. Et hoc est maxime uerbū apud ipsum in qđ reliq̄ uerba resoluūtur. Cetera patent ex iis que dicta sunt de nomine.

Oratio est uox significatiua ad placitū / cui9 aliqua partium significat separata. xlviij.

Vt homo est aīal. Est aūt quedā oratio impfecta / ut homo albus. Quedā sunt pfecte / & haꝝ quedā sunt īperatiue / quedam optatiue / quedā deprecatiue / quedā īdicatiue. Logic9 autem ceteris p̄termissis de sola indicatiua tractat / quaꝫ enūtiatiuam uocat.

Enuntiatiua est oratio significans uerum uł falsum. xlviiij.

Vt deus ē īmortalis. Et diuidit in affirmationē & negationē

l. ¶ Affirmatio est enuntiatiua aliquid de aliquo enuntians.

Vt homo est rationalis.

lj. ¶ Negatio ē enūtiatiua aliq̄d ab altero rēouēs

Vt homo non est lapis.

lij. ¶ Enūtiatiua uniuersalis est que de uniuersali vl'r enūtiat, ul' ab eo uniuersaliter aliq̄d rēouet.

Vt omnis homo est animal, uel nullus homo est insensibilis. Vniuersale aūt dico illud quod de pluribus predicatur, cui cū additur signū uniuersalitatis dicitur tūc aliq̄d uniuersaliter de eo enuntiari si aliquid de eo enuntiatur, uel ab eo aliquid uniuersaliter remoueri si aliquid ab eo remouetur, ut pz in exemplis pōitis. Signū autē uniuersalitatis est quod p se nihil significat, sed cum uniuersali iunctum indicat q pro omnibus uel pluribus uel nullis accipitur, ut omnis, q̄libet, nullus, uterq;, & similia.

liij. ¶ Particularis ē que de uli ꝑticulariter enūtiat uel ab eo particulariter remouet aliquid.

Vt aliq̄s homo ē albus, aliq̄s homo nō est albus. Signū autē particularitatis est quod indicat uniuersale pro aliquo esse accipiendum, ut quidam, aliquis, similia.

liiij. ¶ Indefinita ē q̄ de uli nec ul'r nec ꝑticulariter enuntiat, uel ab eo aliquid remouet.

Vt homo est risibilis, homo non est immortalis.

lv. ¶ Singularis est que de singulari aliquid enūtiat, uel ab eo aliquid remouet.

Vt plato est, plato non est.

lvj. ¶ Uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua vlis negatiua & particularis affirmatiua sunt contradictorie. Quarum lex est q nō pn̄t esse unq̄ simul uere nec simul false.

Vt omnis homo est iustus / aliquis homo nõ est iustus. Nullus homo est iustus / & aliquis homo est iustus. Hec.n.lex ita uera est ut nullus intellectus possit concipere contrariuз / unde & ē principiū & fundamentū primuз oīuз cõclusionū. lvij.

Universalis affirmatiua ꝛ ulis negatiua sūt contrarie. Quarum lex est / ut nunq̄ possint essē simul uere / sed bene simul false.

Vt omnis homo est albus/nullus homo est albus. Si.n. eēnt sil' uere etiam duo contradictoria essent simul uera. Quia si uniuersalis est uera / etiā particularis ei corrn̄dens seu subalternata illi est uera / et sic ista etiā esset uera / aliquis homo nõ est albus si ista est uera / nullus homo est albus / hec autē est contradictoria prime posite idest isti / omnis hõ est albus: duo ergo contradictoria erūt simul uera. Similiter si ista est uera omnis homo est albus / est etiā ista uera aliquis homo ē alb⁹ que contradicit illi / nullus homo est albus / & sic duo cõtradictoria erunt simul uera: quod est incogitabile. Non ergo pn̄t contraria esse simul uera / cuз tn̄ sint simul falsa ut patet in exemplo posito. lviij.

Particularis affirmatiua ꝛ particularis negatiua sunt sub contrarie. Quaruз lex est ut nõ possint esse simul false sed bene simul uere.

Vt aliquis homo est iustus / & aliquis hõ nõ est iustus. Sūt enim simul uere ut ex se pз. Si aūt essent simul false / earꝫ cõtradictoria essent uera que sunt duo contraria / duo igitur cõtraria essent simul uera quod iam improbatum est.

Universalis affirmatiua ꝛ particularis affirmatiua / ꝛ similiter ulis negatiua ꝛ pticularis negatiua de eisdem terminis sunt subalterne. Quarū lex est q̄ si ulis est uera ꝛ particularis / non tamen econuerso. Et si pticularis est falsa ulis quoqз est falsa / non tamen econuerso. lix.

Vt omnis homo est animal / aliquis homo est animal / & nullus homo est lapis / aliquis homo non est lapis. Si enī uniuersalis esset uera / & particularis falsa / duo contraria eēnt simul uera / quia tunc contradictoria illius particularis esset uera q̄ est uniuersalis / & contraria alteri uniuersali.

lx. ¶ Singularis aūt affirmatiua semp est contradictoria singl'ari negatiue de eisdem terminis.

Vt sortes currit / & sortes non currit. Non enim possunt esse simul uere nec simul false.

lxj. ¶ In singularibus contingentibus de futuro necesse est alterū contradictoriorū esse uerū & alterum falsum coniunctim non aūt diuisim.

Vt necesse est eras esse uel non esse nauale bellum. Non tamē necesse est esse eras nauale bellum / nec necesse est ipsum non esse. Coniunctiꝫ dico; quando necessitas cadit sup disiunctionem. Diuisim autem / quando cadit super partes eius.

Omnis homo est iustus.	Contrarie.	Nullus homo est iustus.
Subalterne	Contradictorie / Contradictorie	Subalterne
Aliquis homo. est iustus.	Subcontrarie	Aliquis homo. non est iustus.

lxij. ¶ Propositiones modales / q̄bus utit' communiter logicus sunt / que fiunt cū his modis. Necessariū possibile / impossibile & contingens.

In quibus quidez semper modus est predicatũ & dictũ sbm̃. Dictum aũt uoco orõnem quam modus determinat / ut cum dr̃ / necesse est deũ esse / dictũ est / deũ esse / & est sbm̃ / de quo necessitas enuntiatur.

Iste propõitiones sunt vl'es particulares inde finite / uel singulares / ratione dicti non autem ratione modi. lxiii.

Nam si dictum uniuersaliter summit̃ / propositio dr̃ uniuersalis / & similiter particularis / uel indefinita / uel singularis / si particulariter indefinite uel singulariter accipiatur. Ita enim utitur eis Aristoteles.

Possibile ẽ tãq̃ gen9 ad cõtingẽs & necesse. lxiiii.

Nam quicquid necesse est esse / & possibile est esse / sed nõ ecõuerso. Et similiter quicqd contingit esse / possibile est esse / sz nõ econuerso. Opz enim q̃ omne necesse esse & contingẽs eẽ sit possibile esse uel impossibile. Illud aũt quod est necessariũ uel contingens / nõ põt dici ĩpossibile / igitur possibile erit. Verum est tamen q̃ contingens quod dr̃ de iis proprie que possunt esse & nõ esse / aliquãdo ĩproprie extẽditur ad necessarium / ut illud dicatur contingere qđ necesse est esse / & sic cõtingens & possibile nõ differunt. Et hoc mõ nunc accipimus contingens q̃uis sit improprie dictũ. Posterius aũt eius significationem propriam prosequemur.

Propositio d' necessario / & possibili equipollent si mõi & dcã dissimiliter se habeant. lxv.

Hoc est sm̃ dissimilitudinẽ affirmationis & negationis / ita q̃ si modus in una sit affirmatus / in altera sit negatus. Et similiter si in una sit dictũ negatũ / in altera sit affirmatum. Vt necesse esse / non possibile non esse.

Propositio de possibili & contingenti equipollent si modi & dcã similiter se habeant. lxvi.

Vt possibile esse / contingit esse.

lxvij ¶ Propositio de possibili equipollet illi de im possibili, si modi dissimiliter se habeant & dicta similiter.

Ut possibile esse. Non impossibile esse.

lxviij. ¶ Propositio vero de necessario & impossibili equi pollent, si dicta dissimiliter se habeant & modi similiter.

Ut necesse esse, Impossibile non esse.

lxix. ¶ Contradictio in his propositionibus fit per affirmationem & negationem modi.

Ut necesse esse, Non necesse esse.

lxx. ¶ Propositio que est. Necesse esse cum omnibus alijs que sibi equipollent est contradictoria huic. Non necesse esse & omnibus sibi equipollentibus. Et est contraria huic. Necesse est non esse, & omnibus sibi equipollentibus. Et subalterna ei, & omnibus equipollentibus sibi est hec. Non necesse est non esse cum omnibus sibi equipollentibus.

lxxj. ¶ Hec vero. Non necesse est esse cum omnibus sibi equipollentibus est subcontraria huic Non necesse est non esse. Et subalterna huic. Necesse est non esse. Que cum omnibus sibi equipollentibus, est huic contradictoria. Non necesse est non esse, & omnibus equipollentibus sibi.

Hec autem omnia patent faciliter in figura sequenti, & probantur he due conclusiones per leges suprapositas & per rationes earum circa propositiones oppositas esse uel non esse significantes.

Necesse est esse nō possibile est nō esse nō contingit nō esse impossibile ē nō esse	Contrarie	Necesse est nō esse nō possibile ē esse nō contingit esse impossibile est eē
Subalterne	Contradictorie Contra dictorie	Subalterne
non necesse est non eē possibile est esse contingit esse nō impossibile est eē	Sub contrarie	non necesse est eē possibile est nō eē contingit non eē n̄ īpossibile ē n̄ eē

De uocabulis itaq; simplicibus, & enuntiatione ex his composita q̄tum ad syllogismos componendos utile est, copiose dictum puto. Nunc aūt cetera breuius absoluamus.

¶ Explicit liber primus. Sequitur sc̄dus liber d' arte diuidendi.



Diuisionū multe sūt spēs. Quedā.n.sūt p se, ut dīo conclusio prima gn̄is in spēs, & totius in partes, & uocis in significationes. Quedam uero per accidēs, ut dīo sbī ī accidētia, & accidētis ī sbā, & accidētis ī accidentia.

¶ Diuisio gn̄is ī spēs fieri dz nisi noibꝰ careāt. ij.

Nam genus totū quoddā est respcū spēꝝ, & de ipsis predicatur, sed cōparatū drīis se habet ad eas ut materia ad formā.

Vnde non pprie de ipsis predicatur nec in eas diuiditur, nisi pp penuriã uocabulorũ, qua fit ut pro spẽbus drĩis utamur.

iij. ¶ Differentie ille sole ad diõnẽ gñis sunt apte quando per eas diuidimus gen9, que p se sunt.

Nam he sole ĩformant spẽm, & ad diffiniendũ sunt apte. Et ideo he sole loco spetierũ poni debent.

iiij. ¶ Oportet ea que diuidunt gen9 uel aliđ quid a se aliqua oppositione disiungi.

Aliter nõ different ad inuicẽ. Omnis enim drĩa est p aliquaȝ oppositionẽ. Vbi aũt inter mẽbra diuidentia nulla est drĩa, nulla pt eẽ dĩo. Non enim diuiditur bene aĩatum si dicatur, quoddam est animal, & quoddã est homo, quia homo & animal non opponuntur, ĩmo sunt idem.

v. ¶ Ea q̃ diuidũt gen9 nõ debent opponi secũdũ affirmationem ⁊ negationem, nisi propter penuriam vocabulorum.

Quia negatio non põt eẽ spẽs, nec etiam differentia, tollit enim & nihil ponit.

vj. ¶ Si pp penuriam vocabulorum cogimur diuidere genus per affirmationem ⁊ negationẽ: primo loco non est ponenda negatio.

Aliter aũt aut nullũ aut tardum dabit intellectum, cum negatio sit quasi infinitum quoddam, & id quod prius est posterius diceretur. Nam affirmatio est prior negatione, nec ĩtelligitur negatio sine affirmatione.

vij. ¶ Per oppõneȝ priuatiõis ⁊ hĩtus non fit dĩo generis, nisi propter penuriam vocabulorum.

Quia priuatio nec est species, nec differentia.

viij. ¶ Si aũt fit dĩo generis per priuationeȝ ⁊ habitũ pri9 debȝ hĩtus poni, ⁊ scđo loco priuatio.

Propter eãdẽ rationẽ q̃ dcã est de negatione & affirmatione.

ix. ¶ Per oppõnem contrariorum maxime est fa

cienda diuisio generis.
Quia contraria possunt eẽ uere spẽs & uere differentie.
¶ Omnis diuisio debet esse bimembris, si vo-
cabula non deficiunt. x.
Quia uni proprie unum est contrarium.
¶ Per oppōnē relatiuā dīo gñis fieri nō deb3. xj.
Tum quia relatiua substantialiter non a se discrepant, tum quia unum in diffinitione alterius ponitur.
¶ Potest ide3 genus multipliciter diuidi. xij.
Nam continet multas spẽs & drias, ut animaliu3 quedā sunt rōnalia, quedā irrōnalia. Et aīalium quedā habent pedes, & quedā non. Et aīalium, quedā sunt uolatilia, quedā gradiē tia super terram, & quedā natant inaquis, & similia.
¶ Omnis diuisio gñis i se ipsa3 cōuerti deb3. xiij.
Idest membra diuidentia disiunctiue sumpta debent cū diui so conuerti. Aliter nō eēt perfecta, eo ꝙ membra diuidentia uel plus, uel minus continerent q̄ diuisum.
¶ Totum diuidi debet in suas partes. xiiij.
Vnde si multiplicē h3 cōpositionē, etiam multiplicem diui sionem hēbit. Homo enim diuiditur ī materiā & formā, itē in manus pedes, & caput, item in carnes & ossa. Et si est to tum uniuersale, ut genus hoīum, uel populus diuiditur ēt in partes suas. Vt hoīum, quidā sunt in asia, quidā in affri ca, quidā uero in europa. Similiter etia3 si est totū potētiale, ut aīa humana que partim est intellectiua, ptim sensitiua, & partim uegetatiua. Qualecūq3 enim sit totū semꝑ diuidiē in suas partes. Non eni3 habet aliqd aliud ī qđ diuidi possit.
¶ Vox siue sit simplex equiuoca siue oratio am
bigua, diuiditur uel in suas significationes, ul' xv.
in diuersos modos significandi, uel in diuersas
determinationes.
In significationes quidem. Vt canū, alius est latrabilis, ali9

marinus/ alius celestis. Vel ista uox canis modo significat la trabilem modo marinũ modo celeste sydus in diuersos mõs significandi. Vt cum dico hec uox infinitũ / alio modo significat in magnitudine / alio modo in numeris/alio uero modo in formis. In diuersas uero determinationes ut cum dico. Da mihi quod dare debes. Possuz enim hoc determinare ad codicem & ad ueste / & ad pecuniam & ad alia his similia. Est aũt maxime utile cognoscere multiplicitatem / uocum / et earuz diuisionem contra sophisticas importunitates.

xvj. ¶ Subiectum diuiditur in accidentia.

Vt cum dico. Aĩalium / q̃dam sunt alba / quedã nigra / quedam uero medio colore colorata.

xvij. ¶ Accidens diuiditur in subiecta.

Vt alborꝝ / quedã sunt animalia / quedam lapides quedam ligna / uel aliqua huiusmodi.

xviij ¶ Accidens diuiditur in accidentia.

Vt cũ dico. Alborꝝ q̃dã sunt dulcia / q̃dã amara / quedam acida / uel huiusmodi.

xix. ¶ Diuisio ꝑ se a dĩone ꝑ accidens differt.

Quia dĩones ꝑ accidens uicissim pñt permutari. Vt si dico. Alborꝝ / quedam sunt dulcia / quedam amara. Rursum possum diuidere. Dulciuz / quedam sunt alba / quedam nigra. Et rursum. Nigrorꝝ / quedam sunt dulcia / quedam amara. Sed hoc non põt fieri in dĩonibus ꝑ se. Nõ. n. diuiditur spẽs uel dr̃ia ĩ genera / nec significatũ uocis ĩ uoces / nec ps ĩ tota

xx. ¶ Generis etiam dĩo a totius dĩone differt.

Quia totum diuiditur in partes quantitatiuas uel integrales & est posterius illis & forma earꝝ. Sed genus diuiditur in partes subiectiuas / & est naturaliter prius eis / & se habet ut materia respectu differentie.

xxj. ¶ Generis quoq3 dĩo a uocis dĩone differt.

Tum quia genus non diuiditur in suas significationes / eo ꝙ significat unam naturam tantũ / s3 in spẽs quas potestate continet / non actu / tum quia est uniuersalius spẽbus secunduz

naturam / tum quia de ipsis predicatur uniuoce / diuisio aũt uocis est in suas significationes. Et illa uox que diuiditur est uniuersalior suis significationibus secundum uocem / nõ aũt secundum naturam sed magis secundũ beneplacitum hoĩum nec predicatur uniuoce de eis. Et similiter non est eadẽ apud omnes / quia uoces sunt significatiue ad placitum / genus autem apud omnes eodeȝ modo se habet.

¶ Diuisio etiã totius / a uocis dĩone differt. xxij.

Partibus enim totum constat / & in partes diuiditur / & sublata una parte totum perit. Sed uox non constat ex his / que significat / nec in partes diuiditur / sed in significationes / unde sublata una re quam significat / non propter hoc uox perit. Differentie autem diuisionum per accidens sunt per se note / & ideo nihil de eis ad presens dicatur preter id quod supra dictum est. Atq; hec quantum introductionis breuitas patitur / de diuisione sint dcã.

Explicit liber scd̃s. Tertius liber seqt̃. De arte diffiniendi. Conclusio prima

Diffinitio multipliciter dicitur.

Aliquando enim accipitur pro quacũq; declaratione / & hoc modo quandoque diffinimus indiuidua ut cum dicimus. Plato est quidam homo paruus / habens capillos crispos filius ciceronis / habens talia / & talia accidentia. Aliquando autem accipitur pro oratione aliquid manifestante / in qua aliqd ponit̃ loco generis / & aliqd loco differentie / q̃uis illud non sit ue℞ genus / nec uera differentia / ut cum diffinitur aliquando genus generalissimum / ut puta cũ dicimus / substantia est ens ꝑ se existens. Aliqñ capitur pro oratione aliquid declarante / in qua ponitur uerum genus / sed non uera differentia / sed loco differentie ponitur proprium ut cũ dico de homine q; est animal risibile. Et hec oratio proprie descriptio uocatur. Aliquando autem accipitur proprie pro oratione in qua ponitur uerum genus / & ue

ea differentia. Et de hac loqui itendimus i presenti tractatu.

ij. ¶ Diffinitio est oratio significans essentiã rei.
Oratio quippe est, quia nomen unicum diffinire non potest ut dicit Aristoteles in topicis. Oportet enim diffinitionem constare ex genere & differentia, que rei eentiam explicant. Nam genus predicatur in quid, & dr̃ia in quale sbãliter.

iij. ¶ Diffinitio omnis ex duobus terminis tantũ fieri debet, nisi penuria vocabulorum aliter fieri cogat.

Nam cuiuscumq; diffinibilis unum est tantum proximum genus, & una tantum ultima differentia, ex quibus proprie fieri debet diffinitio, quia hec perfectius notificant diffinitũ, & distingunt ab omni alio quod non est ipsum.

.iiij ¶ Non debet diffinitio ex obscuris nominibus constare.

Quia diffinitio datur ad notificandum diffinitum.

v. ¶ Non debet ex nominibus equiuocis fieri diffinitio.

Quia aliter non cõstaret ex gñe & dr̃ia q̃ predicant̃ uniuoce.

vj. ¶ Non debet quis methaphorice aut extranee loqui diffiniendo, nec uti nisi noibus cõsuetis.

Quia ut dictum est diffinitio datur grã notificãdi diffinitũ.

vij. ¶ Non debet in ea aliquid superflue poni, nec diminute.

Superfluum enim impedit intellectum, diminutum uero nõ explicat totam rei essentiã.

viij. ¶ Non debet pro genere poni in diffinitione aliquod transcendens, nec aliqua differẽtia q̃ cõpetat oibus cõtentis sub gñe diffiniti.

Constat enĩ diffinitio ex proprio gñe, & ex propria dr̃ia. Aliter enim non notificaret totum diffinitum.

Non debet idem per idem diffiniri uariato nomine. ix.

Quia sic nō māifestaret diffinitū, sed remāeret eque ignotū.

Diffinitio debet fieri per notiora & priora secundum naturam. x.

Quia datur ad notificandū diffinitū: & exprimēdū eius essentiam. Vnde datur p genus & drīa, q̄ sūt priora & notiora s3 naturam eo cuius sunt genus & drīa. Excipiuntur aūt relatiua quorum unum sine reliquo diffiniri non pōt, quia eorum esse est ad alterum, ut dicit Aristoteles in sexto topicorum.

Superius non debet diffiniri per inferius. xj.

Quia superiora sunt inferioribus notiora & priora.

Primum locum debet optinere genus ī diffinitione, & secundum differentia. xij.

Priora.n.& cōiora debent precedere ī diffinitione, eo q sunt notiora, & a notioribus inchoandum est.

Diffinitiones sunt sicut numeri. xiij.

Sicut enim spēs numerorum uariantur appōita uel remota una unitate, ita & diffinitiones uariātur, appōita uel remota una differentia.

Diffinitio debet conuerti cum diffinito. xiiij.

Quia diffinitio & diffinitum idem significant, & diffinitio non debet diminuta esse nec superflua, ut dcm̄ est.

Diffinitio debet cōpetere omnibus contentis sub diffinito. xv.

Cu3 eni3 diffinitio & diffinitū sint idē, ēt de eisdē predicātur.

Si diffinitione assignata non statim fit notū cuius est diffinitio, aut diffinitio contrarij, nō est bene assignata. xvj.

Quia ut iam dictum est, diffinitio & diffinitum idem significant & contrariorum eadem est disciplina.

xvij. ¶ Si pro noibus positis in diffinitione eorum diffinitiones ponantur, clarior erit diffinitio.
Quia sic diffinientia erunt magis nota, cum diffinitio semper notificet diffinitum.

xviij. ¶ Si aliquid est equiuocũ quod diffiniri debz prius est distinguendũz, in quo sensu accipiatr.
Aliter diffinitio non notificabit diffinitum, sed confusionẽ generabit.

xix. ¶ Deus proprie diffiniri non põt.
Tum quia deus non est sub genere aliquo, sed est sup omne genus, tum quia non est cõpositus ex genere & dr̃ia, nec ex aliquo alio, sed est purus actus.

xx. ¶ Transcendentia ⁊ generalissima proprie diffiniri non possunt.
Quia non habent supra se genus.

xxj. ¶ Singularia etiam non diffiniuntur.
Quia non imediate subsunt generi, & nõ differũt ſm dr̃ias essentiales, sed soluz ſm materiam. Diffinitio aũt eẽntialiter facit differre diffinitum ab omni alio quod nõ est ipsum.

xxij. ¶ Sole spẽs diffiniri possunt.
Quia he sole habent supra se genus verum, & veraz dr̃iam constitutiuam.

xxiij. ¶ Spẽs substantie ꝓprijssime diffiniuntur.
Quia he habent eẽntiã nullo modo dependentem ab aliquo extraneo, a substantia. Vnde in earꝫ diffinitione nõ oportet aliquod extraneum ponere, sed solum proximum genus & propriam differentiam.

xxiiij. ¶ Species accidentium nõ habent ita proprie diffinitionem, sicut spẽs substantie.
Quia esse earꝫ seu eẽntia dependet a substãtia. Accidentis. n. eẽ est inesse. Vnde oportet in eorꝫ diffinitionibus aliquod extraneum ponere. i. sbm̃ a quo dependent ſm esse, lõ dicuntur

diffiniri per additamentum.

¶ Diffinitio colligitur per diuisionem. xxv.

Cum enim aliquid uolumus diffinire ante omnia oportet su mere genus ei9 / & ipm in dr̄ias diuidere. Deinde coniungere illã dr̄iam generi / que ei quod uolumus diffinire põt aptari. Et si genus cum illa dr̄ia est equale spetiei quã diffinimus / tunc est pfecta diffinitio. Si aũt est ad huc quid cõius / iterũ genus cum dr̄ia diuidatur / & eis illa differentia coiungatur que spetiei quã diffinimus potest conuenire. Et si nõ adhuc equatur spẽi / iterũ diuidatur genus cum illis duabus differẽtiis / & coniungat̃ eis dr̄ia alia q̃ spẽi est conueniens / & hoc modo tm̃ diuidatur & cõiungatur usquequo ad equalitatem spetiei perueniatur. Verbi gratia / si uolo diffinire hominem / querendum est prius genus a me / quod gratia exẽpli sit substantia. Deinde diuidatur substantia indifferentias .i. in corporeum & in incorporeũ. Et quia homo est corpus / coniungatur corporeũ cum substantia / & fiet substantia corporea. Sed hec diffinitio adhuc non est equalis homini / sed maior. Rursum igitur diuidatur substantia corporea in animatum & in inanimatũ / qa homo est animatus cõiungatur animatũ substantie corporee / & fiet substantia corporea animata. Sed ad huc hec diffinitio est maior homine. Igitur rursum diuidatur / substantia corporea animata / ĩ sensibile & in ĩsẽsibile & quia homo est sensibilis fiat tota diffinitio substantia corporea animata sensibilis. Et quia nõdũ equatur homini / rursum hoc totum diuidatur / in rationale & irrationale. Et quia homo est rationalis addatur priori diffinitioni rationale / & fiat pfecta diffinitio hominis / substantia corporea animata sensibilis rationalis. Non oportet aũt rursum diuidere / quia hec est equalis homini. Si ergo hoc totum / substantia corporea animata sensibilis accipiatur pro genere / & loco eius ponatur animal quod est hominis genus proximũ / tota diffini

tio ex duobus terminis constabit, fin tertiam conclusionem, que erit animal rõnale. Et hec breuiter d̃ diffinitione & diffinito, & diffinitionis inuestigatione dicta sufficiant.

Substantia.

Corporea. Incorporea.

Corpus.

Animatũ. Inanimatũ.

Corpus. aĩatum.

Sensibile. Insensibile.

Animal.

Rõnale. Irrõnale.

Homo.

Sortes. Plato.

Explicit liber tertius

Sequitur liber quartus de formis syllogismorum cathegoricorum esse uel non esse monstratium.

SYllogismus ē oratio in qua positis qui busdam aliud quiddā ab his que posita sunt ex necessitate accidit eo q͛ hec sūt. p͛ncipiū primum.

Vt cum dicitur, omnis angelus est incorruptibilis, gabriel est angelus ergo, gabriel est incorruptibilis. In hac enim oratione positis illis duabus propositionibus primis, ex necessitate accidit illa tertia, non propter aliam causam, nisi qa ille posite sunt. Qui enim concedit primas duas, cogitur ex necessitate concedere tertiam.

¶ Perfectus syllogismus est qui nullo indiget preter ea que assumpta sunt, vt appeat ex necessitate concludere. ij.

Nam sunt quidā syllogismi qui p̱ se adeo sunt manifesti ut probatione non egeant, & hi dicuntur perfecti. Quidam autem indigent ꝓbatione, & p̱ manifestos syllogismos ꝓbant͛.

¶ Imperfectus syllogismus est qui aliquo uel aliquibus indiget, ut per eosdem terminos qui prius erant assumpti appareat ex necessitate concludere. iij.

Imperfecti enim syllogismi, ut dictū est, p̱ alios perfectos demonstrantur. Et hoc fit aliquando per conuersionem uni⁹ propōnis, aliquando per conuersionem duarum. Ideo dicit q͛ aliquo uel aliquibus indigent. Hoc aūt magis patebit īferi⁹.

¶ Syllogismus prime figure est quando illud quod in una propositione subicitur, in altera predicatur. iiij.

Vt cum dico. Omne.b.est.a. Oē.c.est.b. Ergo oē.c.est.a. In prima enim.b.erat sbm̄ in secunda aūt predicatum.

¶ Syllogismus scd'e figure est quando idem ē in utraq; predicatum. v.

Vt nullū.a.est.b.Omne.c.est.b. Ergo nullum.c.est.a. B. cui in utraq; predicatur.

vj. ¶ Syllogismus uero tertie figure est quando idem est subiectum in utraq;.

Vt Omne.b.est.a. Omne.b.est.c. Ergo aliquod.c.est.a. Nam.b.in utraq; subicitur.

vij. ¶ Syllogismus expositorius est quando duo probantur conuenire / quia conueniunt in aliquo tertio.

Vt si uolo probare q aliquod animal sit homo / sic arguam. Plato est homo. Et plato est aliquod animal. Ergo aliquod animal est homo. Et hec probatio per se manifestissima est. Si enim plato est aliquod animal / & etiā est homo / nulli potest esse dubium quin aliquod animal sit homo.

viij. ¶ In toto esse uel de omni predicari est quando nihil est sumere subiecti de quo non dicatur predicatum.

Vt omnis homo est animal. Nam animal est in toto homine & de omni homine predicatur / quia nihil est sumere sub homine de quo non dicatur animal.

ix. ¶ In nullo esse uel de nullo predicari est quando nihil est sumere subiecti a quo non remoueatur predicatum.

Vt nullus homo est lapis. Nam lapis in nullo est homine & de nullo homine predicatur / quia nihil est sumere sub homine / a quo non remoueatur lapis.

cōclusio prima.



[V]niuersalis propositio negatiua in seipsam conuertitur.

Nam si nulluz.b.est.a.etiā nullum.a.est.b.Quod si negas / aliquod igitur.a.est.b.quia necesse est alterū contradictoriorum esse uerū. Sit igitur.c.illud.a.quod est.b.igitur cum.c,

sit.b. & etiā sit.a.sequitur ꝙ aliquod.b.est.a.ꝑ syllogismū expositorium, quo ꝑ unum tertiū in quo conueniunt.a.&.b probamus etiā eadē inter se conuenire, scilꝫ ꝙ aliquod.b.est a. Sed prius assumptū fuit ꝙ nullū.b.est.a. Duo ergo cōtra dictoria erunt simul quod est impossibile.

¶ Particularis affirmatiua i seipsaꝫ cōuertit. ij.

Si enim aliquod.b.est.a.etiā aliquod.a.ē.b. Quod si negas, dabitur contradictoriū eius quod est Nullū.a.est.b. Sed hec in seipsam conuertitur, ut dictū est in precedenti conclusiōe Ergo nullū.b.est.a. Sed prius pōitum fuit aliquod.b.esse.a Duo igitur contradictoria erunt simul.

¶ Propositio uniuersalis affirmatiua ī particu larem conuertitur. iij.

Si enim omne.b.est.a.etiā aliquod.a.est.b.aliter nulluꝫ.a. erit.b. Igitur & nullū.b.erit.a. Sed iam positum est omne.b esse.a. Igitur duo contraria ērt simul uera, qđ fuit improba tum superius in primo libro in principio.lvii.

¶ Particularis negatiua non conuertitur. iiij.

Non enim in affirmatiuā conuertitur, quia negatiua non in fert affirmatiuam, ut inferius probabitur Nec in negatiuaꝫ uniuersalem, quia non sequitur Si aliquod animal nō est hōi ꝙ nullus homo sit animal. Nec in particularē negatiuā idest in seipsam quia nec sequitur, si aliquod animal nō est homo ꝙ aliquis homo non sit animal, ergo nullo mō cōuertitur.

¶ Prima figura. C. B. A.

¶ Quando tres termini ita se habēt ꝙ postre mus est in toto medio, ꝛ medius in toto primo necesse quoqꝫ ē postremum esse in toto primo. v.

Terminū uoco in quem resoluitur propositio, ut sbm̄ & pre dicatum, postremū uero, uel maiorem extremitatē dico illū terminū qui de medio predicatur, primū aūt uel minorē ex tremitatē cum de quo predicatur medium. Voco aūt mediū illum qui subicitur & predicatur. Vnde in hac figura maior

Barbara primus modus prime figure.

propositio est illa in qua est maior extremitas siue postrem⁹ terminus, minor uero in qua est prius terminus siue minor extremitas qualitercunq; uarietur ordo propositionū in prolatione uel in scripto. Sint ergo isti tres termini. C. B. A. Si. a. est in toto. b. et. b. in toto. c. necesse est. a. esse in toto. c. Si enim. a. est in toto. b. nihil erit sumere sub. b. de quo nō dicatur. a. Cū ergo. c. totum sumatur sub. b. necesse erit. a. de omni. c. predicari. Sic enim fuit superius diffinitū esse in toto & predicari de omni. Formatᷓ autē sic syllogism⁹. Omne. b. est. a. Omne. c. est. b. Ergo omne. c. est. a.

vj. ¶ Quando autem postremus est in nullo medio, & medius in toto primo, necesse est postremum in nullo esse primo.

Celarent Secundus modus Nam si. a. in nullo est. b. nihil est sumere sub. b. a quo non remoueatur. a. Si igitur. b. sit in toto. c. nihil est sumere sub. c. de quo non dicatur. b. Totum ergo. c. est sub. b. Igitur ī nullo. c. necesse ē esse. a. Et formatur sic syllogismus. Nullū. b. est. a. Omne. c. est. b. Ergo nullum. c. est. a.

vij. Darij. iij⁹. modus. ¶ Si autem postremus sit in toto medio, & medius in aliquo primo, necesse est postremum ī aliquo primo esse.

Idem enim est in aliquo primo esse medium, & de primo medium particulariter predicari affirmatiue. Et rō huius syllogismi est eadem que fuit rō primi. Et formatur sic. Omne. b. est. a. Aliquod. c. est. b. Ergo aliquod. c. est. a.

viij. Ferio iiij⁹. modus. ¶ Si autem postremus sit in nullo medio, & medius in aliquo primo, necesse est postremū ab aliquo primo remoueri.

Postremum ab aliquo primo remoueri idem dico qꝫ postremum particulariter negatiue p̄dicari de primo. Et ratio quoque huius syllogismi ē ea q̄ fuit rō scđi. Et sic foꝛ̄atur. Nullum. b. est. a. Aliquod. c. est. b. Ergo aliquod. c. non est. a.

¶ Isti quattuor syllogismi solum perfecti sunt. viiij.
Nam p se sunt manifesti / & nulla conuersione propositionū indigent ut eorum necessitas appareat. Et alii p istos probant. Vnde si aliter ppositiones uel termini ordinarentur q̄ dictū est / aut nullus / aut minime perfectus fieret syllogismus.

A

Secunda figura. B

C

¶ Quando autem medius terminus de nullo postremo dicitur / et est in toto primo / necesse est postremum esse in nullo primo. x.

Postremum aūt / uel maiorem extremitatē in secunda figura uoco illum terminū qui primo subicitur medio minorē uero uel primū / qui secundo loco eidem subicitur. Maior ergo propositio hic est illa q̄ i primo loco syllgismi collocatur minor uero q̄ in secundo. Vnde tam in hac figura q̄ in sequēti multum refert preponere & postponere propositiones nō sic aūt erat in prima figura / formatur ergo syllogismus sic. Nullū a. est. b. omne. c. est. b. ergo nullum. c. est. a. Probatur aūt p conuersionem prime / q̄ conuertitur / in seipsam iuxta cōclusionem primam. Qua propositione conuersa syllogismus erit secundus prime figure. Syllogismus ergo iste est ipfect9 quia probatione indiget. Et similiter sunt imperfecti omnes sequentes. Probantur enim p primā figuram.

Cesare primus modus secunde figure

¶ Similiter si medius sit in toto postremo et i nullo primo / necesse est postremum in nullo esse primo. xj.

Si enim. oē. a. est. b. & nullū. c. est. b. necesse est nullū. c. esse a. Quia si secūda & tertia que est conclusio in seipsas conuertantur / erit syllogismus secundus prime figure.

Camestres secundus

¶ Si autem medius in nullo sit postremo / et in xij.

aliquo primo / necesse est postremum ab aliquo primo remoueri.

Festino tertius Si enim nullũ.a.est.b.& aliquod.c.est.b.necesse est aliquod c.non esse.a.Nã si prima conuertatur / erit syllogismus quartus prime figure.

xiij. ¶ Si autem medius sit in toto postremo / & remoueatur ab aliquo primo / necesse est ab aliquo primo postremum remoueri.

Baroco quartus Si namq; omne.a.est.b.& aliquod.c.nõ est.b.necesse est aliquod.c.nõ eẽ.a.Nam si hec conclusio non est uera existentibus ueris premissis / eius contradictoriũ erit uerũ quod est oẽ c.est.a. Quod si coniungatur cum illa omne.a.est.b.sequetur q; omne.c.est.b.in primo prime figure / & sic duo contradictoria / erunt simul uera.Nam positum est illam esse uerã / aliquod.c.nõ est.b.Et ista omne.c.est.b.q̃ est eius cõtradictoria / conclusa fuit ex ueris.Et hec probatio dr̃ per impossibile / quia qui non concedit syllogismum esse bonum / deducitur ad concedendum impossibile.

A

Tertia figura. B

C

xiiij. ¶ Si autẽ postremum sit in toto medio i quo etiam toto sit primum necesse est postremum esse in aliquo primo.

Darapti primus tertie figure Si enim oẽ.b.est.a.& omne.b.est.c.necesse est aliquod.c.eẽ a.Quia si secunda conuertatur in particularẽ fiet tertius syllogismus prime figure. Voco aũt secundã propõnem seu minorẽ in tertia figura eã q̃ sm̃ tenet locũ / & primã uel maiorem que primum . Et similiter postremum dico uel maiorem extremitatem illũ terminum qui primo de medio predicatur. Primum uero / uel minorem extremitatem illum terminum qui secundario de medio dicitur.

¶ Si autem postremum sit in nullo medio in quo toto sit p̄mum necesse est postremum ab aliquo p̄mo remoueri. xv. Felaptõ Scd's
Si enim nullũ.b.est.a.& omne.b.est.c.necesse ē aliquod.c. nõ eẽ.a. Nam minore conuersa in particularē fit syllogism9 quartus prime figure.

¶ Quando uero postremum est in aliquo me- dio in quo toto est p̄mum necesse est postre- mum esse in aliquo p̄mo. xvj. Disamis. Tertius
Si eniz aliquod.b.est.a.& omne.b.est.c.necesse est aliquod c.esse.a. Si enim prima propositio in seipsam conuertatᷓ, fiet syllogismus tertius prime figure / concludens ꝙ aliquod.a. est.c. Que quidem conclusio si in seipsam conuertatur / erit ea que fuit conclusio propositi syllogismi / scilz aliqđ.c.est.a

¶ Si autem postremum est in toto medio / ꝛ p̄mum in aliquo / necesse est postremum esse in aliquo p̄mo. xvij. Datipsi quartus
Nam si omne.b.est.a.& aliquod.b.est.c.necesse est aliquod c.eẽ.a. Conuersa enim secunda in seipsam / erit syllogismus tertius prime figure.

¶ Si uero postremum ab aliquo medio remo- ueatur / ꝛ sit p̄mum in toto eodem medio ne- cesse est postremũ ab aliquo p̄mo remoueri. xviij. Brocardo quintus.
Et probatur eodem modo sicut probatus fuit quartus secun de figure. Si enim aliquod.b.nõ est.a.& omne.b.ẽ.c.necesse est aliquod.c.nõ eẽ.a. Nã si cõclusio nõ est uera / eius contra dictorium erit uerum / quod est omne.c.est.a.quod cũ secun da prpositione iunctũ infert omne.b.eẽ.a. Et cũ iam põitu3 sit ꝙ aliquod.b.non est.a.sequitur ꝙ duo contradictoria sint simul uera.

¶ Si autem postremum in nullo sit medio / ꝛ p̄mum sit in eodem aliquo medio necesse est xix. Ferison Sextus

postremum ab aliquo primo remoueri.
Si enim nullũ.b.sit.a.& aliquod.b.sit.c.necesse est aliquod c.non esse.a.Nam si secunda in seipsam cõuertatur fiet quartus syllogismus prime figure.

xx. ¶ In omnibus his figuris potest ex affirmatiua & negatiua fieri syllogismus concludens primum de postremo.

Fapesmo.

In prima quidem figura sic/ omne.b.est.a.nullũ.c.est.b.ergo aliquod.a.nõ est.c.Nam si p̄misse conuertãtur fiet syllogismus quartus prime figure.Et similiter si dicatur/aliquod b.est.a.nullũ.c.est.b.ergo aliquod.a.nõ est.c. Cõuersis enĩ premissis fiet ide3 syllogismus quartus. In secunda aũt figura sic/aliquod.a.est.b.nullũ.c.est.b.ergo aliquod.a.nõ ẽ.c. Si enim negatiua conuertatur fiet syllogismus quartus p̄ie figure/ & similiter si dicatur/ omne.a.est.b.nullũ.c.est.b. ergo aliquod.a.nõ est.c.Nam si minor in seipsam conuertatur/ & maior primo conuertatur ĩ particularẽ/ & deinde illa particularis in seipsam/ fiet ide3 syllogismus quartus prime figure.In tertia uero figura sic/ aliquod.b.ẽ.a.nullũ.b.ẽ.c. ergo aliquod.a.nõ est.c.Vel sic. Omne.b.est.a.nullũ.b.ẽ. c.ergo aliquod.a.non ẽ.c.Nã si affirmatiua cõuertat̃ ĩ utroq3 fiet syllogismus quartus prime figure.

Frisesomorum

xxj. ¶ In quocũq3 syllogismo concluditur aliqua propositio potest concludi etia3 omnis alia propositio que sequitur ex illa.
Nam si uniuersalis concluditur/ põt etiã concludi particularis/ que in ipsa includitur. Et ubicunq3 concluditur aliqua que põt conuerti in alterã/ põt etiã concludi ea in quã cõuertitur/ quia in illa includitur. Sed pp hoc nõ oportet multiplicare modos syllogismo℞/ quia syllogismus qui uere un9 est ĩmediate suam conclusionẽ infert.Quãdo aũt aliquis syllogismus infert illã q̄ ex ĩmediata sua conclusione sequitur/

nõ est dicendus unus syllogismus / sed duo. Nõ enim illa conclusio sequitur solũ ex uirtute premissarũ / sed ex uirtute earũ primo sequitur propria conclusio / & ex illa conclusione p alterũ syllogismũ sequitur illa q̃ consequitur ad eã / unde tacite sunt duo syllogismi. Aliter infiniti pene essent modi syllogismorum.

Omnes syllogismi ad primos duos prime figure resoluuntur. xxiij.

Nam tertius prime figure p impossibile resoluitur ad secundum secũde figure sic / omne. b. est. a. aliquod. c. est. b. ergo aliquod. c. est. a. Nam si conclusio nõ est uera / accipiatur ei9 contradictoriũ quod est / nullũ. c. est. a. quod si iungatur cũ prima / fiet syllogismus predictus sic omne. b. est. a. nullũ. c est. a. ergo nullũ. c. est. b. quod est contradictoriũ scđe. At quartus prime resoluitur in primũ secũde figure sic / nullũ. b. est. a. aliquod. c. est. b. ergo aliquod. c. nõ est. a. Si enim cõtradictoriũ conclusionis coniungatur cum maiore / fiet syllogismus predictus sic / nullũ. b. est. a. omne. c. est. a. ergo nullum. c. est. b. quod est contradictoriũ minoris. Igitur cũ oẽs syllogismi in quatuor prime figure resoluantur / & tertius & quartus eiusdẽ figure in primũ & secundũ secũde resoluãtur / qui tandẽ ad secundũ prime reducũtur / sequitur q̄ oẽs in primos duos resoluantur finaliter.

Omnes syllogismi a primo prime figure uirtutem habent. xxiiij.

Nam cum omnes a primis illis duobus uirtutem habeant / & secundus a primo / sequitur tandẽ q̄ omnes a primo eficaciã habẽt. Quod aũt secũdus a primo habeat uirtutẽ suaꝫ patet quia primus ex affirmatiuis solum constat. Secũdus uero negatiuas habet / negatiua aũt nõ habet efficaciam concludendi nisi ab affirmatiua ut ex superioribus patet. Nam nullus syllogismus ẽ q nõ habeat aliquã affirmatiuã / ex negatiuis aũt solis nihil sequitur. Et hoc rationi cõsonat / quia ĩ uno quoq;

genere est dare unum primum & maxime tale, quod est causa aliorum ut sint talia.

xxiiij. ¶ Preter istos syllogismos qui positi sunt nulli alij de esse uel non esse inueniũtur necessarij.

Quia qualitercũq̧ uarientur termini uel ꝓpositiones inuenientur instantie quibus monstrabũtur nõ ex necessitate concludere. Et hoc diffuse declaratum fuit ab Aristotele ĩ libro prioruʒ, que omnia pro breuitate reliqui, quia nõ magnam afferunt utilitatem.

xxv. ¶ Tres igitur sunt figure syllogismorum ⁊ non plures.

Quia cum ad probationẽ, cuiuscũq̧ cõclusionis aliquod medium requiratur quod extrema cõiungat, & ex una sola propositione nihil sequatur ut dicit Aristoteles oportet q̧ saltẽ bis ante conclusionem illud medium sumatur idest in duab⁹ propositionibus. Aut igitur in una predicabitur, & in altera subicietur, & sic habes primã figuram. Aut in utraq̧ predicabitur, & sic habes secundam. Aut in utraq̧ subicietur, & sic habes tertiã. Alio autem modo non poterit uariari.

xxvj. ¶ In omni syllogismo sufficit tres terminos ponere: ⁊ duas propositiones.

Si enim plures uel termini uel propositiones addãtur q̄ dcm̄ est, aut nullus fiet syllogismus, aut aliqui termini & alique propositiones erunt superflue, & ĩpedient intellectuʒ. Patet autem hoc ex iis q̄ supradiximus. Facti enim sunt superius oẽs syllogismi ex tribus terminis tm̄ & duab⁹ ꝓpositionib⁹.

xxvij. ¶ In omni syllogismo necesse est alteram duaruʒ propositionum esse uniuersalem, ⁊ similter alteram affirmatiuam.

Ex solis enĩ particularibus, & ex puris negatiuis nihil seq̄r. Hoc aũt patet ex syllogismis sup̄ius ordinatis, & ex. xxiiii. conclusione hic superius posita.

¶ Propositio uniuersalis affirmatiua difficilli ma est ad construendum. xxviij.
Quia solum in prima figura, & in primo modo cõstrui põt.
¶ Propositio particularis negatiua est facilli ma ad construendum. xxix.
Quia ĩ omnibus figuris, & ĩ multis modis põt construi.
¶ Propositio uniuersalis affirmatiua est facil lima ad destruendum.
Quia destruitur per particularem negatiuam que est facilli ma ad construendum.
¶ Uniuersalis negatiua difficilius cõstruitur ꝙ particularis affirmatiua. xxx.
Quia.s.construitur in paucioribus modis ꝗ particularis. Hec autem omnia sunt manifesta ex iis que dcã sunt. Vt autem melius modi istarum figurarum memorie mandentur noĩan tur quibusdam nominibus artificio plenis & ponuntur ĩ his uersibus ẜm ordinem figurarum & syllogismorum uidelicet.
Barbara, celarent, darii, ferio, baralipton.
Celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum.
Cesare, camestres, festino, baroco: Darapti.
Felapton, disamis, datisi, brocardo, ferison.
In his ãt dictõib9. quatuor sũt uocales idest.a.e.i.&.o. Qua rum .a. significat uľe affirmatiuã .e. uľe negatuã .i. particu larem affirmatiuã .o. uero particularem negatiuã. Nota igit̃ ꝙ sicut ordinantur uocales in noĩe alicuius modi ĩtelligitur ꝙ eo ordine sunt ordinande propositiones significate ꝑ illas uocales in illo modo. Sunt quoqꝫ ibi quatuor cõsonãtes ĩ pri cipio noĩum idest.b.c.d.f. Et significat ꝙ quilibet alius mo dus a primis quatuor prime figure quorum noĩa sunt ille qua tuor dictiones prime in primo uersu posite ẜm ordinẽ syllo gismorum superius positum debent ꝓbari ꝑ illũ modũ ex illis quatuor ꝗ ei corrñdet in prima consonante. Inueniũtur etiaꝫ

alie quatuor consonantes in eis idest.s.p.c.m quarũ.s.signi
ficat q propositio significata per uocalẽ precedentẽ imedia
te debet conuerti in seipsam seu simpliciter / quando ille mo
dus in quo est illa consonans probatur.P.uero q debet con/
uerti p accidens idest uniuersalis in particularem.C.uero q
probatio illius syllogismi fit p impossibile.M.uero q quan
do fit resolutio syllogismi propositiones premisse transponã
tur idest q de maiori fiat minor / & econuerso.Sed hoc ẽ de
bene esse nõ aũt necessariũ / quia in prima figura nihil refert
preponere uel postponere ppositiones / cum semper illa sit
prima uel maior in qua est maior extremitas idest terminus q
de medio predicatur / ut ex supiorib9 patet. Prime ergo qua
tuor dictões sunt noĩa primoꝝ quatuor prime figure.Et pri
me quatuor tertii uers9 sunt noĩa syllogismoꝝ secunde figu
re.Et sex quarti sequentes sunt noĩa syllogismoꝝ tertie figu
re.Et dictiones eo modo ordinãt sicut & syllogismi. Due vo
dictiones ultime secundi uersus sunt noĩa eoꝝ q concludunt
primum de postremo quos posuimus in uigesima conclusio
ne.De hiis vo tribus scilicz / baralipton / celantes / & dabitis
nõ feci mentionẽ / quia qui ponunt illos dicunt q concludũt
indirecte idest primuz de postremo.Et ad eos quib9 rñdent ĩ
prima consonante nullã aliã habent differentiam / & ideo nõ
concludunt nisi propositionẽ q sequitur ex conclusione ĩme
diate sequente ex syllogismis eis respondentibus idest barba
ra / celarent / & darii.Et ideo unusquisq eoꝝ est magis duo
syllogismi q unus.Possent enim & hoc modo uariari syllo/
gismi in omnibus figuris ut dictum est supra in conclusione
uigesima prima.Nota aũt q ĩ dictione ultima primi uersus
& similiter in ultima secundi ille due sillabe ultime / ton.&
orum.nihil significant / sed posite fuerunt ad terminanduz
uersus.De syllogismus ergo esse uel non esse monstrantibus
hec dicta sufficiant.

¶ Explicit liber quartus.

Sequitur liber quintus de syllogismis modalibus.



Ropositio uniuersalis negatiua i seipãz conuertitur de necessario. prima cõclusio

Nam si necesse est nullũ.b.eẽ.a.etiaz necesse est nullum.a.eẽ.b.quod si non est necesse nullũ.a.esse.b. possibile est ergo aliquod.a.eẽ.b.iuxta regulã.lxv.primi libri. Sit ergo aliquod.a.b.nam possibili posito in eẽ nullũ sequitur impossibile/possibile enim est quod põt esse. Si igitur aliquod.a.est.b.etiam aliquod.b.erit.a.iuxta secundã conclusionẽ precedentis libri/sed prius põitum fuit necesse eẽ nullum.b.eẽ.a.ergo duo pugnantia/& oppõita erunt simul.

¶ Particularis affirmatiua quoq; in seipsam conuertitur. ij.

Si enim necesse est aliquod.b.eẽ.a.etiam necesse est aliquod.a.eẽ.b.Nam si non est necesse aliquod.a.eẽ.b.possibile ẽ nullum.a.eẽ.b.per regulã.lxv.predictã.Sit ergo nullũ.a.b.igitur & nullũ.b.erit.a.per primã conclusionẽ precedentis libri Hoc aũt contradicit posito.Nam positum fuit necesse esse aliquod.b.esse.a.

¶ Uniuersalis autem affirmatiua in particularem conuertitur. iij.

Si enim necesse est omne.b.eẽ.a.etiam necesse est aliquod.a.eẽ.b. Si enim nõ necesse est aliquod.a.eẽ.b.possibile erit nullum.a.eẽ.b. Ponatur ergo ita eẽ q nullũ.a.sit.b.igitur & nullũ.b.erit.a.quod est contra positum. Et est eadem ratio hec cum precedenti.

¶ Particularis negatiua non conuertitur.

Non enim conuertitur in affirmatiuã/quia negatiua & affirmatiua inuicẽ pugnant. Nec in negatiuã quia q̃uis sit necessarium aliquam sbãm non esse hominem non tamen necesse est nullum hominem esse substantiam uel aliquem non esse substantiam imo impossibile. iiij.

v. ¶ Si ambe propositiones sint modales de necessario fiunt syllogismi in omnibus figuris eodem modo sicut in propositionibus de inesse. Habent enim easdē probationes. Nam propositiones de necessario eodem modo conuertuntur sicut & propositiones de inesse. Excipiuntur tamen duo scilꝫ quartus scđe figure, & quintus tertie qui in hoc loco nō per impossibile demonstrā tur sicut pri9 factum est, sed per syllogismū expositoriū, qđ tamen finaliter deducit ad contradictionem, & ad impossibile. In baroco quidē sic. Si necesse est omne.a.esse.b.& necesse est aliquod.c.nō eē.b. sequitur ꝙ necesse est aliquod.c.nō eē a. Nam ponatur ꝙ illud.c.quod necesse est nō eē.b.sit.d. necesse erit igitur.d.nō eē.b. Si igitur syllogismus nō est bon9, concedatur contradictoriū consequentis quod est, nō necesse est aliquod.c.nō eē.a.igitur possibile est omne.c.eē.a.iuxta regulam.lxv.preallegatam. Sed iam positum est.d.eē.c.posuimus enim ꝙ.d.eēt illud.c.quod necesse est non eē.b.possibile est ergo.d.eē.a. Prima aūt propositio dicit ꝙ necesse est omne.a.esse.b.igitur possibile erit ꝙ.d.sit.b.cū possit eē.a. Sed positum fuit ꝙ necesse est.d.nō.eē.b.ergo duo contradictoria erunt simul. Nam si necesse est.d.nō eē.b.impossibile est.d.eē.b.per regulam.lxviii.primi libri. Possibile ergo erit.d.eē.b.& impossibile erit ipsum.d.esse.b.quod implicat contradictionem, iuxta regulam.lxxi.& ultimā primi libri. In brocardo aūt sic. Necesse est aliquod.b.nō eē.a. Necesse ē omne.b.eē.c. Ergo necesse est aliquod.c.nō eē.a. Sit enim.d illud.b.quod ex necessitate nō est.a.ex necessitate ergo.d.nō est.a. Si igitur syllogismus non est bonus, accipiatur cōtradictorium consequentis, quod est, nō necesse ē aliquod.c.nō eē.a. Igitur possibile est omne.c.eē.a.per regulam.lxv.sepe dictam. Sed iam dictum est necesse est omne.b.eē.c. Si igitur omne.b.ex necessitate est.c.& omne.c.possibile est eē.a.cer

te possibile erit etiam omne.b.eē.a. Sed iam positum est.d.
eē.b.quia posuimus φ eēt illud.b.quod ex necessitate nō est
.a.possibile igitur est etiam.d.eē.a.quod est contra positū.
Nam posuimus, φ necesse est.d. non esse.a. Bonus ergo
fuit syllogismus.

¶ Si autem prima propositio sit de necessario vj.
& secunda de inesse in prima figura seruatis ce,
teris conditionibus que ad eam requiruntur,
fiet semper sill'us perfectus concludens propo
sitionem de necessario.

Et hoc probatur per dici de omni, & de nullo ut prius feci,
mus in prima figura de inesse.

¶ In secunda autem figura si uniuersalis nega
tiua sit necessaria:altera existente de inesse:erit vij.
quoqꝫ conclusio necessaria.

Per conuersiones enim propositionū que eodem modo fiunt
in necessariis, & in iis q̄ sunt de inesse,resoluentur ad primaꝫ
figuram tales syllogismi.

¶ In tertia autem figura, si in affirmatiuis uni viij.
uersalis affirmatiua quecūqꝫ fuerit illa, & in ne
gatiuis uniuersalis negatiua fuerit necessaria
altera existente de inesse,syllogismus erit bon9.

Hoc aūt fiet manifestum studioso ex conuersionibus proposi
tionum, ut sepe dictū est.

¶ Si autem aliter ordinentur propositiones
& modi φꝫ dictum est in istis tribus figuris nō
sequetur conclusio necessaria. Sed si qua con, viiij.
clusio sequit̄ ipsa erit conclusio de esse uel nō eē.

Hoc aūt erit manifestum discurrenti per singulos modos.
Vnde in baroco & brocardo non fit conclusio necessaria, sꝫ

tantum de non esse. Quod enim necesse est esse uel non esse, est uel non est.

x. ¶ Propositio uniuersalis affirmatiua de contingenti conuertitur secundũ consequentiam in uniuersalem negatiuam, & econuerso.

In hoc loco accipimus contingens proprie pro eo quod põt esse indifferenter & non esse. Dico autem eas conuerti secũdũ consequentiam, quia una alteram infert, & ex altera, altera sequitur ex necessitate. Si enim contingit omne. b. eẽ. a. etiam contingit nullum. b. esse. a. Sic enim accipimus contingens quod nec est necessarium nec impossibile, sed põt eẽ & nõ eẽ.

xj. ¶ Propositio quoq3 particularis affirmatiua de contingenti in particularem negatiuam cõuertitur scd'm consequentiam, & econuerso.

Si enim contingit aliquod. b. eẽ. a. etiam contingit aliquod. b non eẽ. a. & econuerso, propter eandem rationem q̃ dicta est.

xij. ¶ Uniuersalis negatiua de contingenti, non conuertitur in seipsam sicut nec uniuersalis affirmatiua.

Nam non sequitur si contingit nullũ. b. eẽ. a. ꝙ contingat ẽt nullũ. a. eẽ. b. Quod si sequitur, etiam continget omne. a. eẽ. b. per precedentẽ conclusionẽ decimã. Cum aũt positu3 sit ꝙ contingit nullũ. b. eẽ. a. etiam continget omne. b. esse. a. per eandem regulam. Igitur oportebit concedere ꝙ si conuertit̃ uniuersalis negatiua, etiam conuertatur in seipsam uniuersalis affirmatiua, quod est falsum. Non enim si contingit oẽm hoiem eẽ album, etiam contingit omne albũ eẽ hominem.

xiij. ¶ Propositio pticularis affirmatiua in seipã3 conuertitur conuersione proprie accepta.

Si enim contingit aliquod. b. eẽ. a. etiam contingit aliquod. a. eẽ. b. Si enim hoc non contingit, sit. c. illud. b. quod contingit eẽ. a. Si igitur. c. contingit eẽ. a. dico quod etiam aliquod

a.contingit eē.c. Quod si non contingit / erit uel quia neces sarium est nullū.a.eē.c.uel quia necessariū erit omne.a.eē.c Sed nullū hor pōt stare cum posito / nam si datur primū / ēt necessarium erit.c.nō eē.a.iuxta primā conclusione3 supius positam / sed hoc est contra positum. Et similiter si detur ꝑm etiam necessariū est.c.eē.a.per conclusionē tertiam superius positam / quod etiam est contra positum. Positum enim fuit ꝙ.c.contingit eē.a.

¶ Propositio uniuersalis affirmatiua in parti cularem conuertitur. xiiij.

Nam si contingit omne.b.eē.a.etiam contingit aliquod.a. eē.b. Si enim hoc non contingit / erit uel quia necesse est oē. a.eē.b.uel quia necesse est nullū.a.eē.b.sed si primu3 datur etiam necesse erit aliquod.b.eē.a.ꝑ conclusionem tertiam su perius positā / quod est contra positū. Nec ꝑm dari pōt / quia etiam necesse eēt.nullum.b.eē.a.per primam conclusionem superius positam / quod est etiam cōtra positum.

¶ Particularis uero negatiua in seipsam con uertitur. xv.

Nam si contingit aliquod.b.nō eē.a.etiam cōtingit aliquod a.nō eē.b. Si enim contingit aliquod.b.nō eē.a.etiam cōtin git aliquod.b.eē.a.ꝑ conclusionem.xi.superius positam / er go contingit etiam aliquod.a.eē.b.ꝑ conclusionē preceden tem.xiii.ergo etiam contingit aliquod.a.nō eē.b.ꝑ eandem conclusionem.xi.ergo conclusio prima fuit bona.

¶ Propositio uniuersalis negatiua in particu larem conuertitur. xvj.

Si enim contingit nullū.b.eē.a.etiam contingit aliquod.b. non eē.a.quia si uniuersalis est uera etiam particularis est ue ra ꝑ regulā.lix.primi libri / ergo etiā contingit aliquod.a nō eē.b.ꝑ conclusionem īmediate precedentē. Itaqꝫ si contingit nullū.b.eē.a.etiam contingit aliquod.a.nō eē.b.

xvij. ¶ In pꝛima figura / si ambe pꝛopositiones sint de contingenti uel maioꝛ sit de contingēti ⁊ minor de inesse uel de necessario / seruatis ceteris circunstantijs: erit syllogismus perfectus colligens propositionem decontingenti.

pꝛima figura.

Hoc patet per dici de omni / & dici de nullo.

xviij. ¶ Si autem ambe sint negatiue uniuersales de contingenti / uel si minor sit negatiua de contingenti / erit syllogismus.

Intellige ꝙ erit syllogismus / nō ex ui propositionū: sed ex conuersione earꝫ ſm consequentiam / ut dictū est in.x.&.xi. conclusione. Verūtamen si maior esset particularis / nunq̄ fieret syllogismus.

xix. ¶ Si autem minor sit de contingenti / maiori existente de necessario / uel de inesse / in pꝛimo ⁊ in tertio modo pꝛime figure fiet syllogismus imperfectus colligens pꝛopositionem de contingenti / secundum quod contingens accipitur pꝛo possibili.

Qualiter contingens quādoq; pro possibili accipiatur dictū fuit in primo libro in regula.lxiiii. Si enim necesse est omne b.eē.a.uel si omne.b.est.a.& contingit omne uel aliquod.c eē.b.cōtingit etiā / idest est possibile omne uel aliquod.c.eē a.Nā si nō contingit oē.c.eē.a.necesse est aliquod.c.nō eē.a per regulas.lxv.&.lxvi.in primo positas. At quoq; si contingit omne.c.eē.b.ponatur ita esse quia possibili posito ī esse nullū sequitur impossibile/omne igitur.c.est.b. Cum igitur necesse sit aliquod.c.nō eē.a.uerum est dicere aliquod.c.nō est.a.sed omne.c.est.b.per positum/ ergo aliquod.b.nō est.a.Syllogismus est in q̄nto tertie figure / idest in brocardo. Sed iam fuit positum ꝙ omne.b.est.a.uel necesse omne.b.eē a.ergo contradictoria sunt simul. Similiter ī particulari si nō

contingit aliquod.c.eē.a.necesse est nullū.c.eē.a.p regulā lxv.predictā/nullū igitur.c.est.a.Positū est aūt aliquod.c.eē.b.Igitur aliquod.b.non est.a.p syllogismū tertie figure fm idest p felapton.Hec aūt conclusio est contra positū.

¶In secundo autem ꝛ quarto modo pme figure / si minor est de contingenti / ꝛ maior de inesse uel de necessario:concluditur propositio de cōtingenti / prout contingens accipitur pro non necessario. xx.

Quandoq enim illud quod non est necessariū contingere dicimus / ut quia nō est necessariū hominem currere:contingere dicimus hoīem currere.Conclusio aūt secūdi modi si recte intelligatur erit de dcō particulari uel indefinito affirmato: & necessario negato / ut puta nō est necesse.c.uel aliquod.c.eē.a.Cōclusio aūt quarti erit đ dicto uniuersali affirmato:& necessario negato / ut puta non necesse est omne.c.eē.a. In secundo igitur fiat syllogismus sic. Nnullum.b.est.a.contingit omne.c.eē.b.ergo contingit nullū.c.eē.a.idest nō est necesse aliquod.c.eē.a.sic enim nunc accipitur cōtingens Quod si negatur syllogismus/ igitur stantibus premissis necesse erit aliquod.c.eē.a.ponatur ergo minor ꝓpositio inesse / ut scilꝫ omne.c.sit.b.Maior aūt dicebat nullū.b.est.a.Que si coniungatur cum ista aliquod.c.est.a. que ab aduersario posita est eo ꝙ positū est ab eo / ꝙ necesse est aliquod.c.eē.a.sequitur in tertio secunde figure / idest in festino / ꝙ aliquod.c.nō est.b.quod est contra illud quod fuit positū / idest omne.c.est.b. Et eadeꝫ probatio est si maior sit de necessario.In quarto aūt hoc modo fit syllogismus.Nullum.b.est.a.contingit aliquod.c.eē.b.ergo contingit aliquod.c.nō eē.a.idest non est necesse omne.c.eē.a.Si enim est necesse omne.c.eē.a.ponatur minor inesse / idest ꝙ aliquod.c.sit.b. Cum igitur prima propositio sit hec:nullū.b.est.a.& hec etiam posita sit a

contradicente/omne.c.est.a.quia dictũ fuit ab eo / q necesse est omne.c.esse.a.sequitur in primo secunde figure / idest in cesare q nullũ.c.sit.b.Quod est contra positum / quod ẽ ali quod.c.ẽ.b.Et similiter pbat / si ipsa maior sit de necessario.

xxi. ¶ In prima quoque figura si minor sit de contingenti negatiua maiori existente uniuersali d' inesse uel necessario fit syllogismus.

Non quidem ex propositionibus assumptis:sed p conuersionem minoris/que conuersio quidẽ est sm consequentiam ut dictuȝ est ĩ.x.&.xi.conclusione & sic poterit reduci ad ordinem alioꝶ syllogismoꝶ. Si tñ minor non est de contingenti nunq̃ fieret syllogismus. Et similiter si maior eẽt particularis uel ambe particulares / & hoc patet ĩducẽdo p oẽs terminos.

xxij. ¶ In secunda autem figura ex ambabus de cõtingenti / nullus omnino fit syllogismus.

Secunda figura Si enim aliquis fieri posset eẽt resolubilis ad primam figurã omne enim imperfectũ reducitur ad pfectum a quo substentatur/sed hoc non põt eẽ / quia uniuersalis negatiua non conuertatur in seipsam in propositionibus de cõtingenti / p quã conuersionem maxime figura secunda ad primã resoluitur. Nec possunt p impossibile probari / quia manifestissime dantur/instantie quibus monstratur / omnino nullũ syllogismũ huiuscemodi in hac figura fieri / quaꝶ una est / quia non seq̃tur.Contingit nullũ animal eẽ album / & contingit omnem hoĩem eẽ album / ergo contingit / nullũ hoĩem eẽ aĩal. Premisse enĩ sunt uere / & cõseques falsuȝ. Et similiter fit ĩ aliis.

xxiij. ¶ Si autem affirmatiua sit de contingenti / altera existente de inesse uel de necessario uniuersali negatiua fiet syllogismus.

Per conuersionẽ enim negatiue in seipsam resoluetur ad syllogismos prime figure / qui iam probati sunt. Si tamen negatiua eẽt de contingenti / nihil fieret propter causam dictam in

precedenti / conclusione.

Si aũt ambe sint negatiue / fiet syllogismꝰ. xxiiij.

Non ex ui propositionum sed ex conuersione illius de cõtingenti in affirmatiuã ut sepe dictum est. Si aũt negatiua particularis sit de inesse uel necessario / uel ambe sint particulares / uel affirmatiue / nihil fit / quia non potest fieri resolutio ad primam figuram.

In tertia autem figura si ambe propositiões fuerint de contingenti fiet syllogismus per omnes modos eius. xxv.

Quia omnes poterunt ad primã figuram resolui / uel per conuersiones propositionũ / uel per cõuersiones secundũ cõsequẽtiã ut sepe diximus. Tertia figura

Si autem ambe fuerint negatiue de contingenti fit syllogismus. xxvj.

Non quidem ex uirtute propositionum / sed ex conuersione ut sepe dictum est.

Si uero una sit de inesse uel necessario altera existente de contingenti quecunq; fuerit illa / erit syllus / et similiter si ambe sint negatiue. xxvij.

Hoc aũt manifestum erit ꝑ conuersionem propositionũ / ex quibus ad primam figuram resoluentur / uel etiam ꝑ impossibile. Per primã enim figuram omnes iudicandi sunt. Ego autem breuiter transeo in hiis syllogismis / quia nõ sunt multum in usu / & melius in actu disputationis cognoscuntur. Aduertendũ est tamen ꝙ in secũda & tertia figura conclusio est de contingenti diuersimode / sicut est in prima figura. Aliquando enim proprie capitur / aliquãdo pro possibili / & aliquando pro non necessario. Hoc aũt cognoscitur ex resolutione ad primã in qua declaratũ fuit de quo contingenti conclusio sequatur ĩ quolibet ordine ꝓpõnum. Et de syllogismus modalium propositionum ista sufficiant.

Explicit liber quintus.

Sequitur liber. vi. De ptāte faciendi syllogismos.

prima ptās Seu regula  I uis probare uniuersalem affirmatiuam in syllogismo, quere terminum qui uniuersaliter predicatur de subiecto propositionis probande & de quo eiusdez propositionis predicatum uniuersaliter predicetur.

Vt si uis pbare qꝫ oīs homo est sbā, accipe aīal, uel corpus.

ij. ¶ Si autem uis probare uniuersalem negatiuam, quere terminum qui de altero terminorum propositionis probande uniuersaliter predicetur & ab altero uniuersaliter remoueatꝛ.

Nam si uniuersaliter predicetur de sbō poteris eam probare ī secundo prime figure, & in primo secunde. Si aūt de predicato, probabitur in secundo secunde figure.

iij. ¶ Si uero uis probare propositionem particularem affirmatiuam, quere terminum de quo alter terminorum propositionis probande uniuersaliter predicetur, & qui cum altero saltem particulariter conueniat.

Nam si de ipso predicatum propositionis probande uniuersaliter predicetur: poterit syllogizari in tertio modo prime figure, & in primo & quarto tertie. Si aūt uniuersaliter de ipō predicatur subiectum: probabitur in tertio tertie. Dico aūt qꝫ cum altero conueniat particulariter idest qꝫ uel ipse de altero predicetur particulariter uł alter de ipso. Dixi aūt saltem, qa si de ipso non solum particulariter sed etiam uniuersaliter predicaretꝛ, nō minus cōcluderet syllꝰs, ut patet ī primo tertie.

iiij. ¶ Si autem uis probare propositionem particularem negatiuam, quere terminum qui cum altero terminorum propositionis conueniat, &

ab altero remoueat.

Si enim nullo modo conuenit cum predicato / & particulari/ter de ipso predicetur subiectū: poterit concludi ī quarto prime / & in ultimo tertie. Si aūt uniuersaliter / concluditur in secundo tertie. Si uero de subiecto particulariter ipse predicetur / concludetur in tertio secunde. Si uero ipse de predicato uniuersaliter predicetur / & particulariter remoueatur a sub/iecto / fiet syllogismus ī quarto secunde. Si aūt de ipso subiectum uniuersaliter predicetur / & ab eodem particulariter predicatum remoueatur / concludetur in quarto tertie.

¶ Non sunt sumendi pro medio termini cōissimi nec singulares. v.

Quia uel nunq̄ uel raro ad aliquid ꝓbandū efficaciter poterit procedi. De ipsis enim nihil uniuersaliter affirmatiue predi/catur / nec etiam negatiue / nec ipsi quoq; de aliquo negatiue predicantur. Termini aūt singulares de nullo predicantur / & de ipsis nihil enuntiatur uniuersaliter. Non enim dicimus omnis sortes / uel nullus sortes. Op3 aūt ī omni syllogismo medium terminū cum aliquo copulari uniuersaliter uel affirmatiue uel negatiue.

¶ Ex contradictorio consequentis bone conse quentie infertur ex necessitate contradictoriu3 antecedentis. vj.

Sit ergo hec argumentatio bona. B. est. a. ergo. b. est. c. Dico ꝙ ex necessitate infertur si. b. nō est. c. ꝙ. b. nō est. a. quod si non sequitur / detur ꝙ. b. nō sit. c. & tn̄ ꝙ. b. sit. a. sed iam po suimus ꝙ si. b. est. a. ꝙ. b. sit. c. Igitur. b. erit. c. & nō erit. c. quod contradictionem implicat.

¶ Ex contradictorio consequentis cum altera premissarum / infertur contradictorium alte/rius premisse. vij.

Hec regula patet ex precedenti. Est enī eadē cum illa ī sn̄ia.

viij. ¶ Ex falsis uerum & falsum potest inferri, sed ex ueris non nisi uerum.

Si enim homo est asinus sequitur quod homo est animal quod est uerum, & etiam sequitur quod homo est rudibilis quod est falsum. Sed si añs est uerum, necesse est consequens esse uerum, aliter consequentia non erit bona. Sit enim ista consequentia a. est, ergo. b. est. Si existente antecedēte uero, consequens sit falsum, contradictoriū eius erit uerum, quod est. b. non est. Sed si. b. nō est. a. non est, per regulas īmediate precedentes. Igitur a. est &. a. non est quod implicat contradictionem.

ix. ¶ Syllogismus ducens ad impossibile utilis est ad probandum omnes propositiones.

Syllogismus enim iste ē multum in usu disputantiū. Et fit hoc modo. Sumitur enim propositio falsa quā uolumus reprobare q̄ ypothesis dicitur quia cōceditur, & datur ab aduersario unde ab eo eam supponimus, & coniungitur ei altera propō manifeste uera, & ex iis duabus in aliquo syllogismo concluditur aliqua alia propositio manifeste falsa, uel impossibilis ex cuius postea contradictorio uero cum propositione manifeste uera prius assumpta cōcludo contradictoriū ypothesis iuxta regulas. vi. &. vii. & sic reprobamus, & dampnamus ypothesim aduersarii ducentes ipsum ad impossibile. Quia si uult ypothesim eē uerā cogitur etiam concedere contradictorium, ypothesis esse uerum, quod est omnino impossibile. Vt si quis dicat quod anima intellectiua est mortalis uel corruptibilis, ego accipiā istam propositionem. Nullum mortale est capax beatitudinis, que coniuncta illi ypothesi concludit quod anima intellectiua non est capax beatitudinis, ī quarto prime figure. Sed quia consequens est manifeste falsum, ideo postea assumo eius cōtradictoriū, quod est, Omnis anima ītellectiua est capax beatitudinis. Quod si cum ea quā prius assumpsi coniungatur concludit contradictoriū ypothesis in primo se

cunde figure. Et hoc modo ypothesim destruxi deducendo rñdentem ad cōcedendū duo cōtradictoria / quia unū sponte concessit / alterū uero ui argumenti. Et hoc modo argumentā di usi sumus superius ī probationibus fere oīum cōclusionū.

¶ Si aliquid antecedit ad antecedens: illō idem antecedit ad consequens / et si aliquid sequitur ad consequens / etiam sequitur ad añs. x.

Consequens enim includitur in ītellectu añtis. Et ideo qcqd includitur in ītellectu consequentis quod includitur in añte / necesse est etiam ipsum includi in ītellectu antecedentis. Et similiter omne añs includit consequens. Quicquid ergo īclu dit añs etiam includit consequens.

¶ Si aliquid stat cum añte / illud idem stat cum consequente / et si quid repugnat consequenti / illud idem repugnat añti. xi.

Si enim nō stat cum consequente / erit contradictoriū conse quentis. Ergo nec stabit cum añte / quia ex contradictorio cō sequentis infertur contradictoriū añtis ut dictum est supra. Ideo etiam necesse est q si repugnat aliquid consequenti / q repugnet añcedenti / quia infert contradictorium eius per re gulam eandem.

¶ Si añs est possibile uel necessarium necesse est consequens esse simile. xii.

Possibile enim pōt esse uerū / necessariū aūt semper est uerum. Si ergo añs eēt possibile / & cōns non / ex ueris sequeretur fal sum contra regulam. viii. Et si añs eēt necessariū & cōsequens possibile cum possibile possit eē falsum / etiam ex uero posset sequi falsum contra eandem regulam.

¶ Ab inferiori ad suum superius affirmatiue absq signo uniuersali / suppositione materiali uel cōfusa nō īpediente / est bona argumētatio. xiii.

Nam superius includitur in ītellectu inferioris / ut si homo

est animal est. Sed cum signo nõ sequitur, ut omnis homo est risibilis, ergo omne animal est risibile. Aut homo est spẽs, ergo sbã est species. Iste enim terminus species impedit consequentiam quia facit sbm̃ supponere materialiter.

xiiij. ¶ A superiori autem ad inferius distributiue & uniuersaliter est bona consequentia.

Nam uniuersale includit particulare. Quando tamen arguit̃ affirmatiue requiritur quedã suppositio. Non enim ualet oẽ animal currit ergo omnis homo currit nisi suppõatur ꝙ oĩs homo sit animal. Nã nullo homine existente non ualeret argumentum.

xv. ¶ Ab uniuersali ad particularem est bona consequentia, sed non econuerso. Non tamen ualet ad singularem nisi fiat suppositio, quod in uniuersali includit̃.

Prima pars patet ex regula precedenti, & ex. lix. primi libri Secunda etiam patet ex precedenti. Nõ enim sequitur, si oĩs homo currit ꝙ sortes currat nisi supponatur ꝙ sit hõ. Vnde dicitur ꝙ non ualet nisi cum debito medio.

xvj. ¶ A particulari ad indefinitaꝫ suam, & ecõuerso est bona consequentia.

Nam particularis & indefinita paꝶ differũt uel nihil quãtuꝫ pertinet ad consequentiam.

xvij. ¶ A particulari uł indefinita ad singulares disiunctiue cũ debito medio, est bona cõsequẽtia.

Vt aliquis homo currit, & isti sunt omnes homĩes, ergo uel iste homo currit uel iste currit, & sic de aliis. Si enim nec iste nec iste currit, omnibus enũeratis, certe nullus curreret, qđ est contradictoriũ antecedentis.

xviij. ¶ Ab uno correlatiuorum ad reliquum in propositionibus de secundo adiacente est bona cõsequentia.

Vt si pater est, filius est, & econuerso. Voco aūt propositiones de secundo adiacente illas in quibus non est aliud predicatū preter uerbū, & maxime hoc uerbū est. De tertio autē illas in qbus est aliud predicatū preter uerbū. Vt hō est aīal. Nā in propositionibus de tertio adiacente non fit bona consequentia semper. Nō eniʒ si pater est senex, filius est senex. Ratio aūt regule est, quia relatiua simul sunt.

Ab uno conuertibili ad reliquum in propositionibus de scđo adiacēte est bona cōsequētia. xix.

Vt hō est, ergo risibile est. Et ratio est quia cōuertuntur ad inuiceʒ, ponunt ergo se inuiceʒ.

Ab uno disparato affirmato ad aliud negatum est bona consequētia sed nō econuerso. xx.

Disparata uoco, que tm̄ a se diuersa sunt, nulla contrarietate pugnantia. Vt hō est anīal, ergo hō non est lapis. Ratio cōsequentie est, quia disparata simul esse non pn̄t. Non tamen econuerso quia ex negatiua non sequitur affirmatiua.

A predicatis diuisis ad coniunctum si nō sint accidentalia ꝛ unum alterum non includat, est bona consequentia. xxi.

Que eniʒ in uno substantialiter coniunguntur, etiā inter se possunt coniungi. Si eniʒ hō est anīal, & est rōnalis, est ergo anīal rationale. Sed non pōt hoc semper in accidentibus fieri. Vt si hō sit bonus, & sit citharedus, nō propter hoc opʒ seq ꝙ sit bonus citharedus. Et similiter si unū īcludat reliquuʒ. Vnde non sequitur, hō est anīal, & est sbā, ergo est aīal sbā quia fieret nugatio. Sufficit eniʒ dicere, ergo est anīal. Qui eniʒ dicit aīal, dicit etiā substantiā.

A predicato coniuncto ad diuisa, quando nō est oppositio ī adiecto est bona cōsequētia. xxii.

Oppositioneʒ in adiecto uoco, quando terminus qui alteri additur repugnat illi cui additur. Ratio aūt regule est, quia

e ũ ambo in unũ coniungantur / & unũ non destruat reliquũ nihil obstat quin separatiꝫ de illo in quo conueniunt possint predicari / ut si hõ est aĩal rationale / est & aĩal & est rationalis. Vbi aũt est oppositio predicta nihil sequit̃. Non eniꝫ si adã est hõ mortuus sequitur ꝙ adã sit hõ.

xxiij. ¶ Ex affirmatiua de predicato finito / sequitur negatiua de predicato infinito seu priuatiuo sed non econuerso.

Vt si hõ est iustus sequitur ꝙ hõ non sit non iustus uel iniustus. Non eniꝫ põt esse ꝙ sit iustus / & ꝙ etiã sit nõ iustus uel iniustus. Ideo ex contradictorio consequentis infert̃ contradictoriũ añtis / sed non econuerso / quia ex negatiua nõ sequitur affirmatiua. Licet quidã etiã econuerso concedant consequentiã non irrationabiliter / quia dicũt affirmatiuã de predicato infinito non eẽ pure affirmatiuã / & negatiuã similiter nõ esse pure negatiuã. Sed de his alias.

xxiiij. ¶ Ex affirmatiua quoqꝫ de predicato infinito seu priuatiuo sequitur negatiua de predicato finito / sed non econuerso.

Ratio aũt est eadeꝫ cũ precedenti.

xxv. ¶ Si he reduplicationes / inquantum / uel duꝫ est / uel ut sic / applicentur ad maiorem extremitatem supra medium / fiet bonus syllogismus aliter non fiet.

Vt omnis hõ est aĩal inquantum homo / sed sortes est homo ergo sortes est aĩal inquantũ hõ. Nam syllogismus perfectus est. Si aũt applicetur maiori extremitati super eam / uel sup̱flua erit / uel nullum dabit ĩtellectũ. Vt si dixero. Oĩs hõ ẽ aĩal inquantũ aĩal / põt uno modo intelligi ꝙ omnis hõ ĩquãtum aĩal est aĩal / & sic superflue dr̃ inquantũ aĩal / põt etiam intelligi a parte predicati tantũ / & tunc nullũ habet ĩtellectũ saltem consuetum Si aũt minori extremitati coiungat̃ / etiam

non fit syllogismus. Non enim sequitur / si omne aĩal est album / & oĩs homo inquantũ homo est aĩal / ꝙ oĩs homo ĩquãtum homo sit albus. Similiter non fit si medio addatur supra mediũ. Vnde non sequitur. Omne aĩal inquantũ currit mouetur / oĩs hõ est aĩal / ergo oĩs hõ mouetur / nisi forte ꝓpter naturaꝝ ordinẽ / ut puta in predicatis essentialiter ordinatis quãdo reduplicatio additur medio & minori extremitati / ut aĩal inquantũ aĩal est substanta / sed hõ inquantũ hõ est aĩal ergo homo inquantũ hõ est substantia. Sed in aliis terminis non ualet.

¶ Ab exclusiua ad eius uniuersalem de terminis traspositis est bonũ argumẽtũ ⁊ ecõuerso. xxvj

Exclusiuam uoco propositionẽ q̃ habet terminum cuius officium est excludere omne aliud ab eo cui applicatur. Vt est hic terminus tm̃ / uel solum / & similes. Vnde hec dr̃ exclusiua. Tantum homo est risibilis. Et si tm̃ hõ est risibilis / etiã omne risibile est homo & econuerso. He enim propositiones idem significant. sed non eodem modo.

¶ Ab inferiori ad suum superius a parte subiecti / dictione exclusiua addita subiecto / est bona consequentia. xxvij

Si enim tm̃ homo currit / sequitur ꝙ tm̃ aĩal currit. Nam si tm̃ hõ currit / ergo omne currens est hõ per regulã precedentem / omne ergo currens est aĩal / quia de quocũqꝫ predicatur inferius / & superius quoqꝫ predicatur. Si aũt omne currens est aĩal / sequitur ꝙ tm̃ aĩal currat per regulam precedentem consequentia ergo fuit bona.

¶ Ab exceptiua negatiua ad exclusiuam affirmatiuam sibi correspondentem est bonum argumentum / ⁊ econuerso. xxviij.

Exceptiuam uoco propositionem in qua aliquid affirmatur de aliquo / uel negatur ab eo / alteꝝ ab illa affirmatiue uel ne

gatiue excipiendo / ut omnis homo preter sortē est sanus / uel nihil preter sortem currit. Ex iis enim duabus / sequitur & ꝙ solus sortes inter homines non est sanus / & ꝙ solus sortes currit. Nam propositiones iste conuertuntur ad inuicem ꝑꝑ unitatem significatorum.

xxix. ¶ Non est curandum aliquid per diuisionem probare.

Quia syllogismus per diuisionem est infirmus. Quod enim debet probare accipit in principio. Si enim uult quis probarē oēm hominē esse mortalē assumendo ꝙ oīs homo uel est mortalis uel īmortalis / si ex hoc postea concludit propositū / certum est ꝙ non sequitur ex disiunctiua altera pars ꝓprie nisi altera interimatur / ut in sequenti libro patebit. Si aūt interimendo alterā partē assumat ꝙ nullus hō est īmortalis / patet ꝙ assumit quod debet probare. Cum enim habeat probare oēm hominē esse mortalē / nulli dubium est ꝙ ex hoc etiam habet probare ꝙ nullus est immortalis. Si quis tñ concederet disiunctiuā / & destructionem alterius partis / nō est dubiū ꝙ isti hoī argumentum probaret alteram partem.

xxx. ¶ Cauenduꝫ est maxime ne nota probare conemur per ignota / et eque nota per eque nota / aut idem per idem.

Hoc enim est ualde uitiosum / quia probatio fieri debet per notiora / aliter probatio dicenda non est / sed magis confusio Intellige aūt per notiora nobis. Nam notiora ſm naturā probamus per ea que sunt minus nota ſm naturā / sed tamen magis nota ſm nos. Intellectus enim procedit cognoscēdo a sibi notioribus ad ea que sunt minus nota.

xxxj. ¶ Uitanda quoqꝫ est prolixitas orationum / ⁊ multiplicatio nominum.

Quia hec generant magnam confusionem / probatio aūt fit / ut illud quod probatur manifestetur intellectui / & non ut

confundatur intellectus. Procedere enim hoc modo pertinet ad īportunitates sophystarū / & ad eos qui non habent clarā scientiā. Syllogismus enim ex tribus terminis & duabus propositionibus q̄ breuius fieri potest componi debet. Vnde etiā frequenter ex una propositione concluditur altera / & tertia ī mente retinet̄ / hinc est etiam q̄ quando termini sunt distantes & multe consequentie anteq̄ ad ultimū consequens ueniatur intermediant / solent disputantes a primo ad ultimum mediis relictis procedere / ut citius negotiū expediat̄ / & ne intellectus qui subito discurrit propter multa uerba inuoluatur. Quamuis hoc sepe faciant ad decipiendū respondentem qui non potest semper oīa media cognoscere. Et hec de potestate faciendi syllogismos dicta sufficiant. Inferius aūt de locis topicis tractabimus ex q̄bus maiorem & magis de articulatam habebimus potestatem.

Explicit liber sextus.

Sequitur liber. vii. De syllogismis ypotheticis.

Propositio ypothetica est que nec eē nec non esse / sed cum quedam conditione uł disiunctione denuntiat. p̄rimum p̄ricipiū

Vt si dies est / lux est. Non enim cum sic dr̄ enuntiat̄ q̄ dies est / aut q̄ lux est / sed cum conditione q̄ lux est / si dies est. Et similiter cum dicitur. Aut aīal est egrū aut sanū / non denuntio ipsum esse sanū / nec ipsum esse egrū / sed aut eē sanū uel egrū. Ex quo patet qualiter differt ypothetica / a cathegorica / que in predicatione & enuntiatione consistit.

¶ Propositiones ypothetice multe sunt secundum spetiem. ij.

Quedam enim sunt disiunctiue / ut aut. a. est aut. b. est. Quedam uero conditionales. Et harū q̄dam sunt simplices / ut si a. est. b. est. Quedā composite / & harū / quedā componunt̄ ex duabus conditionalibus ut si. a. ē. b. ē. si. b. est. c. est. Que

dam ex una conditionali / mediante hac coniunctione cum. Et harũ q̄dam est ex duabus ypotheticis / uel habẽtibus uim ypotheticarꝶ / ut si cum est.a.est.b.est.c.est.d. Quedaȝ uero ex una ypothetica / & altera cathegorica. Vt si cum est.a.ē b.est.c. Vel si est.a.cum est.b.est.c. Verꝶ quia he ultime q̄ fiunt cum hac conditione cum non sunt in usu / & breuitati studeo & utilitati legentiũ / illis reiectis de ceteris tractabo. Qui uult aũt illas etiam uidere legat boetium in libro ypotheticorꝶ syllogismorꝶ.

iij. ¶ Affirmatio ꝛ negatio in conditionalibus iudicatur secundum consequens.

Nam si consequens est negatiuũ / dicitur negatiua. Si uero consequens est affirmatiuum dicitur affirmatiua / secundum boetium. Ratio autem est / quia tota uis earum est in illatione consequentis.

iiij. ¶ Contradictio qua iste cõditionales destruuntur / non est per negationem alicuius cathegorice ex qua componantur / sed per negationem consequentie.

Vis enim istarꝶ propositionũ seu ueritas non est in enuntiatione ut dictũ est / sed in hĩtudine & consequentia. Vnde destruunt̄ ꝑ negationē illius consequentie / ut si uolo destruer̄ hanc conditionalē. Si est.a.est.b.non dicā non est.a.uel nõ est.b.sed põt esse.a.dato ꝙ non sit.b.

¶ Syllogismus ypotheticus ergo est qui ex ꝓpotionibus ypotheticis est constitutus uel ex una saltem ypothetica.

Nam aliquando fit ex una tm̄ ypothetica / ut cum dicitur. Si est.a.est.b.sed est.a.ergo ē.b. Primo ergo tractemus de syllogismis ypotheticis qui fiunt ex propositionibus simplicibus conditionalibus.

prima cõclusio ¶ Cõditiõales simplices quatuoꝛ sũt ꝛ ñ plures

Nam cum cõponant ex duabus cathegoricis / aut ille due ca thegorice sunt affirmatiue / aut negatiue / aut prima est affir matiua & secunda negatiua / aut prima negatiua & secunda affirmatiua. Non possunt aũt aliter uariari. Vt si.a.est.b.ẽ. Si.a.nõ est.b.nõ est. Si.a.ẽ.b.nõ ẽ. Si.a.nõ ẽ.b.ẽ. Et prima uocatur antecedens secunda consequens.

Si ex positione antecedentis inferatur con/ sequens / perfectus erit syllogismus. ij.

Vt si dicatur. Si.a.ẽ.b.ẽ sed.a.ẽ ergo.b.ẽ. Cũ enim dicat pri ma propositio q si.a.ẽ etiam.b.est & postea ponatur.a.esse manifestũ est q oportet ponere.b.eẽ. Vnde syllogismus per se patet & probatione non indiget. Et in aliis quoq propositi tionibus eadem probatio est.

Si ex destructione consequentis inferatur destructio antecedentis / erit syllogismus / sed imperfectus. iij.

Vt si est.b.ẽ.a.sed nõ est.a.ergo nõ est.b. Imperfectus qdẽ est iste syllogismus / quia eget demonstratione/& sic probat. Si enim posito ãte toto nõ sequitur illud consequens/detur eius contradictoriũ quod est / ẽ.b. Sed iam positũ est q si ẽ. b.est.a.ergo oportet ponere etiam q sit.a. Hoc aũt est cõtra dictoriũ positi. Fuit enim positũ in antecedente syll. nõ eẽ.a.

Ex positione autem consequentis/ non sequi tur positio ãtis ex ppositionum consequentia. iiij.

Non enim sequitur. Si homo est / animal est / sed animal est / ergo homo est. Potest enim esse animal etiam si nõ sit homo. Dico aũt ex propositionum consequentia / quia aliqñ seqtur propter rerum naturam. In propositione enim q̃ habz primam cathegoricã negatiuã / & secundam affirmatiuam / sequit ex positione consequẽtis positio ãtis ppter rerum naturã uel sicut alii dicunt consequentia est bona materialiter non formaliter quia talis conditionalis nunq̃ fit uera nisi i contrariis imedia

tis. Vt si animal nō est sanum / ē egrum. Sed animal ē egrum ergo non est sanum. Necesse ē enim si unum ponitur alterum negari / & si unum negatur alterꝝ poni.

v. ¶ A destructiōe quoqꝫ antecedētis ad destructionem consequentis non fit syllogismus nisi forte propter rerum ordinem.

Nam non sequitur. Si homo ē animal ē / sed homo nō ē ergo animal non est. Nam pōt esse aīal nullo hoīe existente. Verꝝ in contrariis īmediatis in quibus solis fit propositio que hꝫ primam negatiuam & secundam affirmatiuā fit syllogismus pp rerꝝ ordinem / ut prius dictum est. Si enim animal sanū non est / est egrum. Si ergo sanum est / non est egrum.

vj. ¶ Conditionales composite sunt octo tantuꝫ.

Que sunt iste. Si est. a. ē. b. si ē. b. ē. c. Si ē. a. ē. b. si ē. b. nō ē. c. Si ē. a. nō ē. b. si nō ē. b. ē. c. Si ē. a. nō ē. b. si nō ē. b. nō ē. c. Si nō ē. a. ē. b. si ē. b. ē. c. Si nō ē. a. ē. b. si ē. b. nō ē. c. Si non ē. a. nō ē. b. si nō ē. b. ē. c. Si nō ē. a. nō ē. b. si nō ē. b. nō ē. c. Patet aūt qꝛ non possunt alio modo uariari per negationem & affirmationem.

vij. ¶ Prima figura est in istis / quando precedentis conditionalis consequens est antecedens sequentis. Et si arguitur a positione primi antecedentis ad positionem ultimi consequentis syllogismus est perfectus.

prima figura cōditionalium cōpositarū

Sic enim fit syllogismus. Si ē. a. ē. b. si ē. b. ē. c. Sed ē. a. ergo ē. c. Cum enim iam dictū sit esse. b. si erat. a. & esse. c. si erat. b. Et iam positum sit esse. a. manifestū est qꝛ oportꝫ ponere. b. esse &. c. Syllogismus enim manifestissimus est. Et hunc ponunt sophyste in his terminis. Quando inquiunt multe fiunt consequentie / a primo antecedente ad ultimū consequēs si non uarientur consequentie medie / est bona consequentia.

viij. ¶ A destructione quoqꝫ ultimi consequentis

ad destructionem primi antecedentis proceden do fit syllogismus.

Nam si est.a.ē.b.si ē.b.ē.c.sed nō est.c.ergo nō ē.a.Si enim sit.a.non existente.c.certum ē q̄ erit.b.quia iam positum ē q̄ si ē.a.ē.b. Et si ē.b.positum est etiam q̄ ē.c. Igit̄ erit.c. & non erit quod implicat contradictionem. Et eadem ratio ē in aliis propositionibus.

A destructione tamen primi antecedentis ad destructionem ultimi consequentis / uel a posi tione ultimi consequentis ad positionem primi antecedentis non fit syllogismus. ix.

Nam non sequitur. Si est homo / ē aīal / si ē animal ē sbā / s3 non ē homo ergo non ē sbā. Pōt enim substātia esse sine hoīe Et similiter non sequitur. Si est sbā / ergo ē homo pp eāde3 cām / nisi forte hoc sit pp rer naturam. Vt si dico. Si homo est rōnale ē / si rōnale ē risibile ē / sed homo nō ē / ergo risibile non ē. Vel ita. Si risibile ē / ergo homo ē. Non enī syllogis mus ualet ex ui propositionum / sed ex natura rerum.

Secunda figura est / quando antecedens pri me conditionalis est oppositum antecedenti se cunde. Et si arguatur a destructione consequē tis prime ad positionem consequentis secunde / est bonus syllogismus. x. Scd'a figura

Et formatur sic. Si ē.a.ē.b.si nō ē.a.ē.c.sed non ē.b.ergo ē c. Vel sic. Ergo si non ē.b.ē.c. Si enim non ē.b.op3 etiam q̄ non sit.a.per regulam tertiam superius positam / sed positu3 est q̄ si non ē.a.ē.c.ergo necesse est dicere / quod si non ē.b. est.c. Et eadem ratio est in ceteris.

A destructione quoq3 consequentis secunde conditionalis sequit̄ positio cōsequētis prime. xj.

Nam si est.a.ē.b.si non ē.a.ē.c.sed non ē.c.ergo ē.b. Quia

si non ē.c.ē.a.per regulam tertiam. Sed si ē.a.est.b.ergo ex necessitate / si non est.c.ē.b.

xij. ¶ Ex positione autem consequentis p̄me / nō sequit̄ positio consequētis secūde nec ecōuerso.

Non enim sequitur. Si est aīal ē sbā / si non ē aīal / nō est hō / sed est sbā ergo nō est homo. Poterit enim esse homo si ē sbā. Vel sic. Sed nō est homo / ergo est sbā. Poterit eniꝫ nihil esse / ꝙ non est homo / nisi forte ualeat ꝑ ꝑ rerꝫ ordinem ut sepe dictum est. Similiter non ualeret si āntia non essent opposita Non enim sequitur. Si est homo est animal / si est homo ē risibile / sed non est aīal / ergo ē risibile. Vel ita. Sed non ē risibile / ergo est aīal. Nullo enim modo fit syllogismus.

xiij. Tertia figura ¶ Tertia figura est / quando consequens p̄me conditionalis est oppositum consequenti secunde / ꝛ ex positione antecedentis p̄me sequit̄ cō tradictoꝛium antecedentis secunde. Et similiter ex positione antecedentis secunde / sequitur contradictoꝛium antecedentis p̄me.

Et sic formatur syllogismus. Si ē.b.ē.a.si ē.c.nō ē.a.sed ē b. ergo non ē.c. Si enim ē.b.etiam ē.a.ꝑ positum/sed si ē.a. non ē.c.per tertiam regulam / ergo ex necessitate sequitur si ē.b.ꝙ nō sit.c. Vel sic. Sed ē.c.ergo non ē.b.quia si ē.c.nō ē.a.ꝑ positum/si aūt non ē.a.non ē.b.ꝑ tertiam regulaꝫ. Ergo ex necessitate si ē.c.non ē.b.

xiiij. ¶ A destructione autem antecedentis cuiusuis conditionalis composite / ꝛ similiter a positione consequentis nihil sequit̄ ex iis ꝓpositionū.

Si enim fiat ista propositio. Si homo ē animal ē / si lignum ē animal non ē / ex destructione illius primi āntis non sequit̄ positio secundi nec etiam destructio. Nec ex destructione secundi sequitur destructio uel positio primi. Similiter nec in aliqua conditionali cōposita ex positione primi consequentis

sequitur psitio secūdi, nec ex positione secundi sequitur po‑
sitio primi, nisi in aliis terminis fiat pp rez ordinem.

¶ Disiunctiue sunt quatuor et non plures. xv.

Nam aut ambe cathegorice sunt affirmatiue. Aut ambe ne‑
gatiue. Aut prima est affirmatiua, & secūda negatiua. Aut
prima negatiua & secunda affirmatiua. Alio aūt modo non
uariātur. Vt aut est.a.aut.ē.b. Aut non est.a.aut nō est.b.
Aut est.a.aut non est.b. Aut non est.a.aut est.b.

¶ In ea que est tota affirmatiua fit syllogismus a destructione unius partis ad positionem alterius, et a positione unius ad destructionem alterius. xvi. primus modus

Hec enim solum uera est in hiis ī quibus necesse est alterz esse
idest in contrariis medio carentibus quorz necesse est alterz eē
si unum non fuerit, & si unum fuerit necesse est alterz nō esse
Fit ergo syllogismus sic. Aut est.a.aut ē.b.sed nō ē.a.ergo
est.b. Vel sed ē.a.ergo non ē.b. Vel sed nō ē.b.ergo est.a.
Si enim necesse est.a.uel.b.esse.& non possunt simul esse, ne
cesse est posito uno alterz destrui, & destructo uno alterz po
ni. Hec enim disiunctiua in aliis terminis nō uerificatur. Nā
non uere dicitur q animal, aut est album, aut nigrum, sed
q est, uel sanum uel egrum.

¶ In ea uero que est tota negatiua fit syllogismus a destructione unius partis ad positionez alterius, nō tamē a positione ad destructionez. xvii. Scd's modus

Hec enim propositio uerificatur ī hiis q̄ simul esse nō possunt
q̄uis non sit necessarium alterz eorz esse. Vt cuz dico. Aut nō
est album, aut non est nigrum. Non enim uerificaretur īter
ea que simul esse possunt, non enim uere dicitur de aliquo q
aut non est albus, aut non est crispus, potest enim utrunq
esse. Fit ergo hoc modo syllogismus. Aut non ē.a.aut nō ē.
b.sed ē.a.ergo non ē.b. Vel sed ē.b.ergo nō ē.a. Cum enim

simul esse non possint / palam est ꝙ posito uno / alterum necesse est negari. Non tamen ualet / sed non ē.a. ergo ē.b. Vel sed non est.b. ergo ē.a. Quia & si simul esse non possint / non tñ necesse est alterum semper esse. Nam in iis dictuȝ est propositionem uerificari. Vnde non sequitur. Aut non est niger / aut non est albus / sed non ē albus / ergo est niger. Vel sed non ē niger / ergo ē albus / pōt enī esse rubeus nec albus / nec niger.

xviij. ¶ In ea uero que tantum habet secundam partem negatiuam fit syllogismus a destructione unius ad positionem alterius / non tamen e conuerso.

Tertius modus

Hec enim uerificatur / in iis que sibi met adherent / quorum tñ unum est superius ad alterum / sicut genus / & species / & indiuiduum / & superius affirmatur negato inferiori. Vt cū dico Aut ē animal / aut non ē homo. Et sic formatur syllogism⁹. Aut ē.a. aut non ē.b. sed non ē.a. ergo non ē.b. Vel sed ē.b. ergo ē.a. Negato enim superiori / necesse est & inferius negare / & posito inferiori necesse est ponere superius / ut patet in xiii. & xiiii. regula superioris libri sexti. A. aūt ponitur esse superius ad.b. Non tamen ualet ecōuerso. Quia posito supiori non necesse est ponere inferius uel ipsum negare. Et similiter negato inferiori non oportet negare uel ponere superius. Vnde non sequit. Aut ē aīal / aut non est homo / sed est aīal ergo est uel non ē homo. Vel sed non ē homo / ergo est uel non est animal.

xix. ¶ In ea etiam que habet primam partem negatiuam fit syllogismus eodem modo penitus sicut in precedenti.

Quartus mo. Hec enim uerificatur in iis que sibi adherent / & unum est inferius ad alterum / & negatur inferius in prima parte / & nō differt a precedenti / nisi quia hic preponitur negatio illic uero affirmatio. Sed hoc nihil uariat syllogismū. Nā & hic quoq;

fit syllogismus a destructione unius partis ad positionem alterius / non tamen econuerso. Et ratio huius est penitus eadem cum priore.

¶ A copulatiua propositione nullus fit syllogismus ypotheticus.

Nam non est hec dicenda ypothetica propositio / cum manifeste denuntiet esse uel nō esse sicut & cathegorice / quod nūq̄ faciunt hypothetice / ut p3 in diffinitione earū superius ī principio posita. Aliter ridiculus erit syllogismus. Quis enim nesciat q̄ si sortes disputat / & sortes sedet / q̄ etiam sortes disputat. Potuit eni3 breuius dici sine copula. Sortes disputat ergo sortes disputat. Sed q̄squis hoc modo argumentatus fuerit / deridendus erit. Vnde nec Boetius de huiusmodi syllogismis uel propositionibus facit mentionem. Non enim proprie est una propositio / sed multe congregate cuius signum est / q̄a nullum alium penitus sensum habent preter illum quem habent cathegorice / coniūcte. Sed hypothetice longe diuersum habent sensum a cathegoricis cum etiam aliquando hypothetica sit uera / cuius tamen cathegorice sunt impossibiles / ut cū dicitur si homo est asinus / homo ē rudibilis / quia ueritas hypothetice non est in denuntiatione sed in coniunctione uel disiunctione ut dictum ē. De syllogismis ergo hypotheticis dicta sufficiant. Explicit liber septimus. xx.

Sequitur liber octauus. De syllogismo demonstratiuo.

Scientia est certa cognitio. prima cōclusio

Certam autem cognitionem dico illam per quam aliquis habet rei cognite claram euidentiam / & illi firmiter adheret. Manifestum est enim q̄ non dicitur aliquis scire rem aliquam nisi ei clare pateat & firmiter absq̄ formidine de falsitate contrarii illi adhereat sed magis diceretur opinari / uel sic estimare / uel suspicari. Scīa igitur certam nominat cognitionem.

¶ Scire multipliciter dicitur.

ij. Aliquando dicimur scire ea de quibus certitudinem habem⁹ solum p sensum ut cum uideo sortem currere / scio sortem currere. Aliquando aũt certi sumus de aliquo uel p longã experientiam quo modo cognoscimus moralia & medicinalia uel per inductionẽ & consuetudinẽ / & hec quoq; scire dicimur. Aliquando dicimur scire ea de quibus certitudinẽ habemus per intellectum / qa per se absq; ulla rõne sunt euidentia ĩtellectui / ita q non põt intellectus credere contrarium. Et hec sunt prima sciarum principia que statim cognitis terminis cognoscuntur. Si quis enim cognoscit qd sit totũ & qd pars nõ põt dubitare quin omne totũ sit maius sua parte. Aliquãdo ea de quibus sumus certi p aliquã rationẽ dicimur scire & si sunt contingentia / non põt eo℞ tanta esse certitudo & stabilitas ueritatis q̃ta est necessario℞. Et ideo proprie de necessariis de quibus cognoscimus causam dicimur habere sciam. De necessariis enim de quibus habemus sine ratione euidentiã habemus nobiliorẽ hĩtum q̃ scientie habitus existat. Nã habitus eo℞ dicitur intellectus / quia absq; ratiocinatione ĩtellectus ea apprehẽdit. Scire ergo proprie opinamur cũ rei causa₃ cognoscimus / & qm̃ illius est cã / & q impossibile est aliter se habere / quin posita illa cã ponatur talis effectus. Et de hoc scire / & de hac scia intendimus in hoc libro. Nam & si cognoscimus cãm p effectũ istud tamen scire nõ est ita propriũ.

¶ Scire propter quid / differt a scire quia.

iij. Quia scire propter qd / est scire per causa₃ / & pximã / & ĩmediatã. Scire aũt quia est scire per effectũ quia ita est / uel per causa₃ remotã. Si enim quis interroget propter quid pluit / & quis respondeat / quia deus uult / non proprie dicimus q iste sciat pp qd pluit / quia nondũ scit causa₃ proximã.

iiij. ¶ Syllogismus demonstratiuus seu demonstratio / est syllogismus faciens scire.

Hic enim syllogismus est instrumentũ sciaꝝ. Vbi aduerte ꝙ in omni propositione / si predicatũ in quid aut in quale substantiale predicatur de sbõ / ut genus / species / & dr̃ia de suis subiectis / talis propositio nõ põt per aliquã causã probari / quia nulla põt assignari cã ueritatis eius. Verbi gratia de homine quare sit animal / uel rationale / uel simul aĩal rationale quia per seipsum & ꝑ propriã essentiã est aĩal rationale. Vñ huiusmodi propositiones sunt per se note. Si aũt predicatum predicetur ĩ quale accidentaliter / aut erit accidens cõe / & tũc de illa propositione non põt haberi scĩa proprie ꝑꝑ mobilitatem accidentis & ĩcertitudinẽ causaꝝ eius. Aut erit accidens propriũ / quod oĩ & soli / & semper inest / & de hoc põt haberi proprie scientia per causã q̃ non est aliud q̃ essentia subiecti. Nã propriũ fluit ab essentia rei cuius est propriũ. De tali ergo propositione in qua propriũ de sbõ predicatur habẽt scĩa quã generat syllogismus demonstratiuus. Facit enim cognoscere proprietates reꝝ ꝑ propriã causã q̃ est essentia uel diffinitio rei de qua scĩa nunc loquimur / que sola proprie dr̃ scĩa / & demonstratio proprie dicta hanc generat.

Omnis doctrina ꝛ omnis disciplina intellectiua / ex p̃existenti fit cognitione. v.

Primũ quidẽ oĩs cognitio intellectiua fit ex p̃existenti cognitione sensus. Per sensũ enĩ acquirimus cognitionẽ in ĩtellectu. Quedã igitur ĩtellectus absq̧ discursu / & absq̧ doctore mediãtibus sensibus cognoscit / sed doctrinã & disciplinã acquirens / uel ꝑseipsũ uel per alteꝝ habere nõ põt sine p̃existẽti cognitione ĩtellectiua. Si enĩ oĩo nihil cognosceret esset in pura potentia ad cognitionẽ / & ideo seipsum non posset in actũ cognitionis reducere / nec per alteꝝ reduci posset / cũ nec intelligeret uocũ significata si nihil oĩo sciret. Doctrina ergo & disciplina fit ex p̃existenti cognitione primoꝝ principioꝝ. Doctrinã enĩ dicimus scĩã quã mediante aliquo di-

scursu acquirim⁹ p magis nota. Et hec eadẽ scia dicitur disciplina / sed doctrina / inquantũ est ab agente idest a doctore disciplina aũt / inquantũ est in discipulo. Idem enĩ motus aliquando denoĩatur actio / aliquando passio / prout est ab agente & in patiente. Et hec cõclusio etiã manifestatur p oẽs disciplinas in quibus semper quedã principia magis nota preponuntur / ut per ea homo ad sciã rerũ deducatur.

vj. De principiis oportet pre cognoscere quia uera sunt.

Scia enĩ non est falsorũ sed uerorũ / ueri aũt scia non põt ex falsis generari quãuis ex falsis possit in syllo sequi uerũ. Opꝫ enĩ illud ex quo scia generatur esse magis cognitũ & uerũ q̃ illud de quo generatur. A magis enĩ notis & ueris procedimus ad minus nota / & minus uera.

vij. Principijs opꝫ magis credere q̃ cõclusioni.

Nã propter principia credimus conclusioni / ergo principia sunt magis credita / qa pp quod unũquodq; est tale / & illud magis / nã si amamus proximũ pp deũ / magis amamus deũ. Intellige aũt in iis que sunt essentialiter ordinata sicut principia & conclusio. Nã & si aliquis ignis sit calidus pp alterũ / non opꝫ tñ q̃ alter sit magis calidus. Intellige quoq; in uniuocis. Nõ enĩ si terra est calida pp solẽ / sol est magis calid⁹ sed bene sequitur q̃ uel sit magis calidus uel habeat uirtutẽ maiorẽ caliditate qua possit calefacere. Et similiter in iis q̃ habent diuersã numero essentiã. Nã si spũs scũs procedit a filio pp patrẽ / non tñ magis procedit a patre / quia una est numero uirtus in patre & filio / qua spirant spm̃ scm̃.

viij. Prima principia non cognoscimus per demonstrationem.

Oporteret enĩ in ĩfinitũ procedere / quia sic & illa principia ex quibus cognoscerentur p demonstrationẽ haberentur / & sic in ĩfinitũ iretur. Qua propter nihil contingeret scire.

Prima principia cognoscuntur per sensum. viiij.
Omnis enim cognitio nostra incipit a sensu / & ex sensu fit memoria / & ex hac experimentũ. Ex multis aũt experimẽtis sumimus regulã uniuersalẽ & sic multorꝝ principiorꝝ cognitionem accipimus.

Principia in una quaqꝫ scia sunt illa que demonstrari non possunt ab illa scia cuius sunt. x.
Ideo enim principia scie dicuntur / quia alia probant / & ab aliis probari non possunt in illa scia. Nam forte in alia scientia possent demonstrari.

Scientie nõ tenentur probare sua principia. xj.
Illa enim sunt que supponuntur in scia ut cetera probent ut dictũ est. Sed contra negantẽ ea nõ disputabit / nisi forte dialetica q̃ ad omnia uiã habet ꝑ rationẽ probabilẽ. Et similiter prima phylosophya q̃ est comunissima scientia.

Propria principia in scientia sunt ea que solum probant ea que sunt in illa. xij.
Ideo enim dicuntur propria isti uel illi scientie / quia alteri applicari non possunt. Propriũ enim est quod soli conuenit.

Comunia principia sunt que ea probare possunt que pertinent ad diuersas scientias. xiij.
Ideo enim dicuntur cõia / quia pluribus scientiis aptantur. Verꝝ est tñ qꝫ scientie appropriant ea sibi. Vt uerbi gratia. Hoc principiũ / si ab equalibus equalia demas / que remanẽt sunt equalia / geometria utitur in suis terminis hoc modo. Si ab equalibus magnitudinib9 &c. Arithmetricus aũt hoc modo. Si ab equalibus numeris &c. Et similiter fit in aliis.

Principium primum omnium nulla demõstratio recipit. xiiij.
Primũ omniũ principiũ est hoc. Non contingit idem simul affirmare & negare. Si aũt hoc in demonstratione reciperetur pro altera premissarꝝ / aliqd in demonstratione esset supfluũ.



Nam oporteret ad spetiales materias scientiarum hoc modo ipm applicare. Verbi gratia. A.est.b.& non est nō.b. Sed patet q secunda pars est superflua. Qui enim dicit.a.est.b.etiam dicit q.a.non est non.b. Virtute tamen eius omnia principia uerificantur.

xv. ¶ Hoc principium. Contingit omne uel affirmare uel negare, recipit demonstratio ducens ad impossibile.

Quia probat aliquid esse uerum qm̄ suū contradictoriū est falsum ex eo q ab ipso sequitur falsum. Si eniȝ.a.non pōt negari de.b.oportet q affirmetur quia omne cōtingit uel affirmare uel negare. Et similiter si non pōt affirmari, necesse est ipm negari. Si ergo contradictoriū est falsum, opȝ illud cuius ē contradictorium esse uerum. Et hoc est secundum principium inter omnia.

xvj. ¶ De subiecto oportet precognoscere q est.

Nam sbm̄ scie, est illud de quo uolumus cognoscere proprietates. Quod aūt non est non habet proprietates, ideo de non ente non est scia. Quāuis aliquando de iis q̄ non sunt aliqua probemus. Vt de pluuia & grandine & eclypsi & aliis huiusmodi naturalibus non semper actu existentibus supponim⁹ enim eorum esse aliqualiter, & proprietates eis attribuimus, nō quasi actu illas habeant, sed uel quia habere possunt, & habent in potētia. Vel quia si essent, illas ex necessitate hērent.

xvij. ¶ De subiecto oportet precognoscere q est.

Oportet enim primo cognoscere qd significet nomen. Deīde quid sit secundū substantiā & quiditatē eius. Nā essentia eius est cā proprietatis uel passionis quā uolumus demonstrare. Oportet autem semper precognoscere causam, quia a notis ad ignota procedimus.

xviij. ¶ De passione non precognoscimus q est.

Hoc enim est quod querimus. Nā querimus & intendimus

demonstrare ꝙ passio inest subiecto proprio / & hoc est suuz esse / quia illi esse est inherere.

De passione oportet precognoscere quid est. xix.

Nam saltē oportet precognoscere quid noīs / idest opꝫ precognoscere quid noīe passionis significetur. Et quia ratio quam significat nomen est diffinitio / diffinitio aūt uel est propria uel impropria ut dictū est tertio libro / opꝫ de passione saltem precognoscere quid est īproprie / ut pote cognoscere ꝙ est tale uel tale accidens confuse nondū determinate cognoscendo subiectum. Si tamen cognosceretur proprie eius diffinitio / certior fieret demonstratio. Nam diffinitio passionis est cā immediata ex parte passionis / sed non ex parte subiecti. Vnde per diffinitionē passionis probaretur passio de subiecto / deinde per diffinitionē subiecti demonstraretur diffinitio passiōis & consequenter ipsa passio de subiecto. Propriissimū enī medium in demonstratione est diffinitio subiecti.

¶ Precognitis ijs que dicta sunt / statim habetur scientia. xx.

Si enim perfecte cognoscimus de subiecto ꝙ est & quid est / cum sua propria quiditas sit cā passionis / iam cognoscimus causam passionis esse / & scimus ꝙ est cā ex qua ex necessitate sequitur illa passio in ipso subiecto / ergo statim cognoscim9 passionē in subiecto esse. Similiter cognoscentes sbm̄ esse si ēt precognoscimus quiditatē passionis que determinat propriū sbm̄ / statim cognoscimus illam passionē ī herere subiecto.

¶ Prima propositio ī demonstratione est prius nota conclusione tempore ꝛ natura. xxi.

Nam cognita prima ꝓpositione adhuc animus pendet expectans secundā anteꝗ̄ deducat conclusionē. Nā uariatio minoris ꝓpositionis / stāte etiā maiore / multū uariat conclusionē.

¶ Secunda propositio est simul nota cum conclusione / tempore non natura. xxij.

Statim enim animus uisis premissis conclusionē in illis tanq̄ in speculo intuetur. Simul aūt uidetur speculū & ea que sunt in speculo. Videt enim cām / & quod illius est cā / & ꝙ impossibile est aliter se habere. Nota tamen ꝙ opꝫ minorē esse notā dupliciter. s. & ꝙ sit uera īdubitanter & ꝙ sit bene cuꝫ maiore ordinata ī syllogismo. Si enī īdigeret probatione / uel q̄tū ad ueritatē / uel q̄tum ad conuenientiā cū maiore / non simul tempore cum cōclusione cognosceretur / quia oporteret pri⁹ de ipsa minore notitiā tradere. Non est aūt simul nota naturaliter / qa cā est semper prius nota ꝓm naturā q̄ effectus.

xxiij. ¶ Conclusio anteq̄ꝫ ex principijs deducatur / simpliciter est ignota / ꝛ secundum quid scita.

Est. n. nota ī principiis / & ī cā / non aūt actu ī seipsa. Sicut illud quod generatur est ens ꝓm quid / & non ens simpliciter. Est enim ens ī potentia & ī suis causis / non aūt ī seipso actu.

xxiiij. ¶ Prima figura maxīe demōstratiōi deseruit.

Nam cum mediū demonstrationis sit diffinitio que uniuersaliter predicatur de diffinito / & passionem probet que etiā conuertitur cum ea & cum diffinito / patet ꝙ ad hanc demonstrationem faciendam non pōt uenire nisi primus modus prime figure. Alii aūt modi deseruiunt aliis demonstrationibus / q̄ non sunt demonstrationes ita proprie.

xxv. ¶ Ignorantia dispositionis potest causari ex paralogismo / sicut ꝛ scientia ex demonstratione.

Ignorantiam aūt dispositionis uoco illū habitū quo quis est male dispositus & cōtrarie ad sciaꝫ. Nam ignorātia simplicis negationis est quando quis nescit / sed tamen non est contrario modo dispositus ad scientiam sicut puer. Hec aūt conclusio clare patet per experientiā. Rōnes eniꝫ sophystice multos male disposuerunt & pauci docti sunt qui nō participent aliquid de hac ignorantia.

xxvj. ¶ Demonstratio est ex ueris.

Nam uerorum solum contingit scire / uerorum aut ex falsis & si possit concludi In syllogismo / no tamen sciri. Oportet enim ea per que scimus esse notiora & ueriora / ut dictum est.

In predicatis non est procedere in infinitum. xxvij.

Loquor aut de predicatis que de subiectis uerificantur proprie maxime in accidentibus quando accidens predicatur de subiecto / siue illud subiectum sit accidens / siue substantia. Non aut intelligo quando subiectum predicatur de accidente / uel accidens de accidente / sic. n. in infinitum predicata uariarentur / sed hec non est propria predicatio. Si ergo loquimur de predicatis proprie / non potest in infinitum procedi / quia predicamenta & species eorum sunt finita aliter nihil posset diffiniri / uel nulla diffinitio esset nota / quia non possemus uenire in cognitionem primi generis & ultime differentie.

Demonstratio est ex immediatis. xxviij.

Immediata uoco propositiones per se notas / que ex aliis demonstrari non possunt. Si enim esset ex mediatis necesse esset illa probare per alia notiora / quia aliter non essent nobis uere cognita. Sed non contingit procedere in infinitum ut dicit conclusio precedens / ergo oportet tandem ad immediata uenire ex quibus est potissima demonstratio.

Demonstratio est ex causis. xxix.

Quia est syllogismus faciens scire. Sed scire est rei causam cognoscere / ut dictum est.

Demonstratio est ex prioribus & notioribus. xxx.

Est enim ex causis / & cause sunt priores & notiores suis effectibus.

Demonstratio est ex propriis principiis xxxj.

Nam facit scire & scire proprie est per causam propriam / ut dictum est in secunda & tertia conclusione.

Demonstratio est ex necessariis. xxxij.

Cum enim scientia proprie non sit nisi de necessariis / si medium

uel principium ex quo acquiritur eēt contingens / tunc illud per quod scitur eēt incertius & uariabili⁹ q̄ id quod scitur ex eo. Et sic effectus eēt potior sua causa.

xxxiij. ¶ Demonstratio circularis esse non potest.

Circularem demonstrationem uoco quando id quod proba/tur per alterum/accipitur pro medio ad probandum illud ꝑ quod ipsum fuerat probatum. Si ergo aliquid demonstrare/tur hoc modo / cum demonstratio sit ex notioribus sequere/tur / ꝙ idem esset notius & ignotius simpliciter respectu eius dem/quod est impossibile.

xxxiiij. ¶ Demonstratio est ex iis que sunt de omni.

Est enim de necessariis predicatis que sunt ex necessitate in subiectis. Vnde oportet ꝙ insint subiectis uľr & semper / ut patet in diffinitione de proprio. De omni eni3 dico quod uni uersaliter predicatur de altero semper. Hoc eni3 modo hic de omni accipimus.

xxxv. ¶ Demonstratio est ex iis que sunt per se.

Per se autem dico / alterum alteri inesse primo modo / quādo predicatum est in diffinitione subiecti / ut si dico / homo est animal / nam animal in diffinitione hominis ponitur. Secun do modo quando sbm̄ est in diffinitione predicati / ut cum di co / homo est risibilis. Homo enim ponitur in diffinitione ri sibilis. Vel quando inest propter aliquam causam per se / nō per accidens. Si enim aliquo ambulante corruscauit / huius corruscationis non est causa ambulatio / sed accidit corruscas se illo ambulante. Si quis autem interiit quia interfectus est / non est per accidens interiisse ipsum propter interfectionem / sed per se. Dicitur etiam per se id quod potest esse sine altero ut substantia. Conclusio autem ex dictis superius probatur / quia demonstratio ex propositionibus constat in quibus dif finitio est medium / & passio maior extremitas / & sbm̄ mi/nor/diffinitio autem predicatur de diffinito in primo modo

dicendi per se / & passio de sbõ in secundo.

¶ Demonstratio est de predicato uniuersali. xxxvj.

Predicatum uniuersale uoco illud / quod de omni & per se / & primo hoc est secundum ꝙ ipsum predicatur. Risibile enī de animali predicatur / sed non de omni animali. Predicatur quoqꝫ de sorte & platone / sed non primo & secundum ꝙ ipm Primo enĩ homo est risibilis q̄ sortes / & risibile conuenit ho mini secundum ꝙ homo & sorti secundum ꝙ homo / ideo ri sibile non est predicatum animalis nec sortis uniuersale / sed hominis. De homine enĩ omni dicitur & per se & primo. Cū ergo in demonstratione probetur passio de subiecto patet ꝙ est de predicato uniuersali / quia passio respectu sui proprii subiecti est de omni & per se & primo.

¶ Demonstratio non est ex extraneis. xxxvij.

Extranea dico ea que sunt extra naturam subiecti / & non proprie pertinent ad sbm̄. Nam cum demonstratio sit ex pro priis / & ex iis que sunt per se / & ex uniuersali predicato / cla rum est ꝙ nullū extraneū continet.

¶ Demonstratio non est ex corruptibilibus sꝫ sempiternis. xxxviij.

Nam ea que sunt necessaria & per se / sunt semper demonstra tio autem est ex huiusmodi ut dictum est. De iis autem que non sunt semper facimus aliquando demonstrationes in uni uersali ut de pluuiis eclypsi / & similibus / sed eo modo demõ stramus in iis quo modo sunt semper / sunt autem semper in suis causis uniuersalibus. Vnde hoc modo in uniuersali faci mus demonstrationes de ipsis. Et sic patet ꝙ de iis que sunt a casu & a fortuna non est scientia.

¶ Demonstratio nõ transit de genere ĩ genus. xxxix.

Quia est ex propriis que si alteri applicarentur / illi eēnt ex tranea. Demonstratio autem non est extraneis. Verum est ta men ꝙ scientie superioris principia / probant principia infe

rioris quando genus unius sub genere alterius continetur. Et ideo illa scientia cuius principia a nullo probātur / sed omnia alia probant est maxime scientia / & hec est methaphysica.

xxxx. ¶ In unaquaq; scientia sunt proprie propositiones / interrogationes / responsiones & disputationes.

Quia scientia est ex propriis ut iam dictum est. Et ideo non oportet unūquēq; scientē de unoquoq; interrogare / nec ipm ad unūquodq; respondere.

xlj. ¶ Demonstratio uniuersalis est potior particulari.

Quia uniuersalia sunt magis scibilia / quia minus infinita / & magis per hec fit resolutio ad causā primā.

xlij. ¶ Demōstratio affirmatiua ē potior negatiua.

Negatiua enim propositio per affirmatiuam demonstratur / & ex solis affirmatiuis fit demonstratio / non autem ex solis negatiuis.

xliij. ¶ Demonstratio ostensiua est potior ea que ducit ad impossibile.

Nam ducens ad impossibile non sumit omnes suas propositiones indubitabiles simpliciterquia / unam idest hypothesiz sumit non tanq̄ simpliciter indubitabilem sed indubitabilē respondenti solū. Ostensina / aūt sumit oēs suas propositiones indubitabiles simpliciter.

xliiij. ¶ Scientia que non est de materia sensibili est certior ea que est de materia sensibili.

Quia est formalior. Nam quanto aliquid plus eleuatur a materia / plus de forma & actu participat / & per consequens ē magis notum / & certū / & stabile.

xlv. ¶ Scientia que facit scire quia / & propter quid est certior ea que solum facit scire quia.

Quia scire est rei causam cognoscere.

¶ Scientia que est ex appositione ad alteram ē minus certa illa ad quam apponit. xlvj.

Ex appositione dicitur una scientia ad alteram se habere quā do materiam alterius absolutam ad aliquid determinat quod positionem habet / ut se habet geometria ad arithmetricam. Hec enim considerat unitatem absolute / illa uero unitatē ut positionem habet in q̄titate / aut in puncto / & similiter con siderant ceteras species numero℞ / arithmetrica quidem abso lute / geometria uero applicando ad q̄titatem continuam / & sic magis ad materiā tendit / & per consequēs est minus certa.

¶ Illa scientia est una que est unius subiecti formaliter. xlvij.

Scientia enim in quodam processu consistit tanq̄ quidaꝫ mo tus. Motus autem accipit spetiem a termino & unitatem / un de albatio ab albedine specificatur / & si ad unam albedinem tendit est unus motus. Ideo etiam scientia cuꝫ terminetur ad subiectum cuius proprietates probat & scire contendit que ad subiectum terminantur / oportet ꝙ illa sit una que circa unum subiectum uersatur. Dico autem formaliter / quia non oportet oīa respicere que sunt sub sbtō / sed rōnem ſm quam consideratur. Multe enim sunt res naturales de q̄bus cōside rat physicus / & tamen scientia naturalis est una / quia omnia sub ratione formali considerat / idest inquantū sunt mobilia.

¶ De eodem materiali obiecto possunt esse di uerse scientie. xlviij.

Sicut astrologia & physica probant ꝙ terra est rotunda / sed istud obiectum materiale formaliter diuersificatur / sub alia enim rōne consideratur a physico / & sub alia ab astrologo. Vnde etiam per alia media eandem probant conclusionem. Scientie enim specificantur a formali obiecto ut iam dictum est / non aūt a materiali.

xlix. ¶ Scientie sunt diuerse que habent diuersa obiecta formalia.

Cum enim ab obiecto formali specificentur, oportet quod ubi sunt diuersa obiecta formalia ibi sint scientie diuerse formaliter. Verum una est formalitas obiecti que est ex parte obiecti, que est ratio secundum quam consideratur obiectum a scientia, ut puta quia physicus considerat ens sub ratione mobilitatis, ideo mobilitas est formalitas obiecti ex parte obiecti scientie naturalis. Est autem alia que est ex parte cognoscentis, & hec est medium ex quo probat passiones de subiecto, quod est ipsa diffinitio rei. Sicut color est formalitas obiecti uisus ex parte obiecti, & lumen dicitur formalitas ex parte uidentis, quia est id quo mediante uidet colores. Vna tamen semper alteri correspondet, quia medium & subiectum & passio sunt eiusdem generis.

l. ¶ Diuersitas principiorum diuersificat scientias.

Scientie enim sunt ex propriis igitur habent propria principia que suis subiectis respondent ad passiones ipsorum probandas. Vnde non licet descendere de genere in genus ut dictum est.

lj. ¶ Obiectum scientie habet partes & passiones.

Partes habet que ipsum componunt & ex quibus demonstrantur de eo passiones. He autem sunt partes essentiales, ut genus & differentia. Partes quoque habet subiectiuas cum sit uniuersale de quo solum est scientia. Passiones quoque habet, quia he probantur de ipso.

lij. ¶ Scientia differt ab opinione.

Quia scientia est de uniuersalibus certa cognitio. Opinio autem de contingentibus cum formidine.

liij. ¶ Qui prompte & faciliter est aptus inuenire media ad unumquodque probandum, solers dicitur.

Hanc enim uocamus solertiam scilicet promptitudinem intellectus ad inueniendum medium in unaquaque re.

liiij. ¶ Omnis questio, est questio medij.

Quatuor enim sunt questiones. Prima est qō an est q̄ querit de esse rei. Secunda quid est / q̄ de eius quiditate querit. Tertia quia est / que q̄rit de esse hoc uel illud. Quarta ꝓꝑ q̄d est / que causam inuestigat quare ita est. Nā ꝗ per aliquod istoꝝ modoꝝ querit cupit scire / an sit aliquod mediū ꝑ quod aīus eius dubitans quietetur. Et sic patet ꝙ omnis qui querit / medium querit. Omnis ergo qō est qō medii.

¶ Non omnium quorum est demonstratio / ē diffinitio nec econuerso. lv.

Demonstratio enim est de ꝓprietatibus & passionibus quoꝝ proprie non est diffinitio. At diffinitio proprie est subiecti cuius non est demonstratio / sed de ipso aliquid probamus.

¶ Eiusdem non est demonstratio ⁊ diffinitio. lvj.

Idest non idem scitur per demonstrationem & diffinitionem simul. Quia illud quod proprie diffinitur non demonstraṫ. & illud quod proprie demonstratur non diffinitur. Et unius rei / unus est modus cognoscendi ī quantū est unū.

¶ Quod quid est demonstrari non potest. lvij.

Quod quid est aūt uoco id quod per diffinitionē significaṫ. Nam & si una diffinitio īperfecta possit per ꝑfectiorē demonstrari ut materialis per formalē / & hec ꝑ efficientē que demōstratur per finalē que per aliā nō pōt demonstrari / diffinitio tamen perfecta non pōt demonstrari / tum quia quodq̄d est īmediate predicatur de eo cuius est / tū quia mediū demōstrationis est ipsa diffinitio / uel quodq̄d est / unde supponeretur quod probari deberet. Preterea si per aliquod mediū probaretur hoc esse hoc ut puta hoīem esse animal rōnale non tamē propter hoc haberetur / ꝙ hoc est quodq̄d est huius nisi forte per diffinitionē ipsius quod quid est hoc modo. Omne significatū orationis conuertibilis cōstātis ex genere & drīis est quod quid est. Sed animal rōnale est huius / ergo & cetera Sed hec etiā non est demonstratio / nec fortis probatio q̄a nō

est ex causa / non enim esse significatum illius orationis est cā ipsius quod quid est. Preterea intellectus idem intelligit per esse quod quid est / & esse significatum talis orationis / & ideo presupponitur quod debet probari. Per diuisionem quoq & si colligatur ut dictum est in tertio libro non tamen demonstratur. Quia diuisio est infirmus syllogismus / ut dictū fuit in. vi. libro conclusione. xxix. Igitur quod quid est habet uirtutem demonstrandi cetera / ipsum uero omnino non demonstratur. De syllogismo ergo demonstratiuo per modumītroductionis hec dixisse sufficiat. Explicit liber octauus.

Sequitur liber nonus De syllogismo dialetico.

prima cōclusio **Ars logice que inuentiua dicitur est ualde utilis ad exercitium disputationis.** Quia hec ꝑs est potens īuenire argumenta ad utrāq partem contradictionis / cū non ex necessariis procedat. Vn̄ contrariis opinionibus obuiare est ualde ydonea. Et cū sit inquisitiua / ad oīum methodorꝝ principia uiā habet.

ij. **¶ Propositio dialetica ē īterrogatio ꝓbabilis.** Probabile uocatur illud quod oībus uel pluribus / uel sapientibus oībus / uel pluribus / uel sapiētioribꝰ uidet̄ / ut putas ne omnis mater diligit filium.

iij. **¶ Problema dialeticum est propositio que proponitur sub utraq parte contradictionis.** Vt cum dicitur. Vtrum anima sit mortalis / uel non. Ita. n. proponit / ut respondens eligat quā partem uult tenere. Habet enim uiam dialeticus ad utrāq partem.

iiij. **¶ Disputationes ex problematibus & propositionibus fiunt / & syllogismis.** Disputatio enī est actus syllogisticus unius ad alterꝝ ad propositum ostendendū / quod est uel propositio dialetica uel altera pars contradictionis que est in problemate.

v. **¶ Problemata sunt quatuor.**

De unaquaqꝫ enim re queritur uel genus / uel dr̄ia / uel diffini tio / uel propriū / uel accidens. Spēs enim non q̄ritur / quia quereretur de indiuiduo / sed de ī diuiduis non est ars / cū sint infinita. Veꝝ de ipsa spē queritur semper aliquid eoꝝ que dicta sunt. Dr̄ia aūt cōputatur cū genere / quia cū per se non sit diffinitio / tn̄ p̄dicatur substantialiter de spē. Ideo quatuor sunt predicata que de spē q̄runtur / scilicet unū simplex substantiale & hoc est genus uel dr̄ia / unū cōpositū substantiale & hoc est diffinitio / tertiū accn̄tale / & si cōuertitur cū spē est propriū / si aūt non conuertit̄ ē accidens. Itaqꝫ quatuor sunt problemata / scilicet. Problema de genere / quo q̄ritur / utrū hoc sit genus huius / uel utrū hec duo sint ī eodē genere / uel diuerso. Item problema de diffinitione quo queritur utrum hoc sit diffinitio huius / uel nō. Ad quod etiā reducitur ꝓblema quo q̄ritur utrū hoc sit idē huic quia diffinitio & diffinitū idē sunt. Et problema de proprio quo q̄ritur / utrum hoc sit prorium huius uel non. Et problema de accidente quo q̄ritur utrū hoc sit accidens huius uel non / uel etiaꝫ utrū hoc sit uel non sit. Nam esse non ingreditur essentiam rei. Ad quod etiā reducitur problema cōparationis quo queritur / utruꝫ hoc sit melius uel magis eligendum illo.

¶ Tot sunt propositiones quot problemata.

Nam differunt solum secundū formā non aūt scd̄ꝫ materiā. vj.
Fiunt enim ex eisdē terminis / & in eadē materia.
Hoc aūt patet ex secunda & tertia conclusione.

¶ Omnia problemata aliqualiter ad illd̄ de diffinitione reducuntur. vij.

Quia probato qꝫ aliquid non sit genus / uel dr̄ia / uel qꝫ non insit soli / uel qꝫ sit accidens / uel qꝫ non insit simpliciter per eas probationes per quas alia problemata determinātur / etiā probatum erit qꝫ non est diffinitio. Non tamen si probetur / qꝫ aliquid non est diffinitio / uel etiam quod est diffinitio / de

terminabuntur cetera problemata.

viij. ¶ Non omne problema quod non est intermi nis substantie / est problema de accidente.

In accedentibus enim sunt genera / & diffinitiones / & ꝓpria. Et ideo etiam interminis accidentium fiunt problemata de genere diffinitione / & proprio.

viiij. ¶ Omne problema est aliqualiter dialeticum.

Problema enim dialeticum est illud quod habet rationes probabiles ad utranq; partem. Problema igitur quod fit in reb⁹ manifestis q̃tum ad unam partem / & si ex parte materie non sit dialeticũ / ex parte tamen forme idest ex parte modi ĩterrogandi est dialeticũ. Quia cũ proponit utranq; partẽ uidetur habere uiam ad utranq;.

x. ¶ Hec ars que est pars logice inuẽtiua omnia problemata determinat.

Cum enim ex probabilibus procedat / ad omnia uiam habet. etiaʒ ad prima sciaꝵ principia.

xj. ¶ Non omnem positionẽ cõsiderat dialeticus.

Positionem uoco opinionẽ extraneã alcuius p̄hi / esse aũt sollicitum contra quẽlibet / stultũ est. Debet enim dialeticus cõsiderare positiones que aliquã dubitationẽ afferunt / & q̃ sunt probabiles / nõ aũt eas q̃ sunt manifeste false. He eniʒ sunt deridende non improbande.

xij. ¶ Instrumentum dialetici ad determinandum problemata non est syllogismus falsigraphus.

Syllogismus falsigraphus est qui procedit ex iis q̃ pertinent ad aliquã disciplinã non conuenienter sumptis. Vt si quis ex hac propositione / si ab equalibus equalia demas / q̃ remanẽt non sunt equalia / procederet ad aliud probandũ ĩ geometria. Dialeticus enim ex probabilibus procedit ut dictum est / sed manifeste falsa non sunt probabilia ut sunt ea que sunt cõtraria pĩcipiis sciaꝵ ex q̄bus ꝓcedit syllogismus falsigraphus.

¶ Nec eius instrumentum est litigiosus syll's. xiij.
Litigiosus syll'us est ille qui procedit ex iis q̄ uidentur proba bilia / & non sunt / & aliquando habent uerā formā quia est in modo / & in figura / & tunc est syllogismus pp formā sed litigiosus ex falsitate propositionis. Aliquādo aūt etiā peccat in forma / & tunc litigiosus syllogismus quidē est / non aūt syllogismus. Hic ergo non est instrumentū dialetici / quia nō procedit ex probabilibus.

¶ Nec demonstratio est eius instrumentum. xiiij.
Quia demonstratio est ex necessariis & propositionibus īme diatis / ex quibus dialeticus non procedit.

¶ Nec exemplum proprie est eius īstrumentū. xv.
Exemplū eni3 est syllogismus quo unū probamus p exēplū simile in altero. Vt si uolo probare q .a. pugnare contra .b. est malū / adducā similitudinē aliorꝝ duorꝝ uicinorꝝ & dicā. p. pugnare contra .q. est malū. Igitur &. a. pugnare contra. b. est malū. Et pōt formari syllogismus sic. p. pugnare con tra .q. est malū / sed .p. pugnare contra .q. est uicinos pugna re contra uicinos / ergo uicinos pugnare cōtra uicinos est ma lum. Est enim syllogismus ī tertia figura expositorius. Vlte rius sic procedatur. Vicinos pugnare contra uicinos est malū sed .a. pugnare contra .b. est uicinos pugnare contra uicinos ergo .a. pugnare cōtra .b. est malū. Syll'us ē in prima figura. Hoc igitur modo fit syllogismus qui exemplū dr̄ / & est pro prium īstrumentū poete. Procedit enim de uno singulari ad alterꝝ. Dialeticus aūt determinat uniuersalia predicata / unde exemplum non est proprium īstrumentū dialetici / l3 aliquā do utatur eo usurpans eum sibi a poeta.

¶ Nec entimema est proprium instrumentum dialetici. xvj.
Entimema aūt est syllogismus ex icotibus & signis. Icos ue ro est propositio probabilis ut ī pluribus / ut oīs mater diligit

filium. Signum aũt est quod preter spẽm quã sensibus ĩgerit facit ĩcognitionẽ alterius uenire / ut fumus ꝗ est signũ pñtie ignis. Et formatur syllogismus sic. Omnis mater diligit filium / medea est mater / ergo diligit filium. Omnis mulier habens lac peperit. Sed hec mulier habet lac / ergo peperit. Frequenter tamen fit iste syllogismus ex duabus propositionibus / quia propositio signo statim infertur conclusio. Vt berta habet lac / ergo peperit. Vnde entimema diffinit / qđ ẽ oratio in qua non omnibus propositionibus antepositis ĩfert festinata conclusio. Et dicitur ꝙ est syllogismus impfectus. Hic ergo syllogismus est propriũ instrumentũ rethorici & causidici / qui cõiter ea que uolunt probare a signis probant. Non est ergo proprium dialetici / quãuis aliquando usurpet eum sibi a rethorico.

xvij. ¶ Propꝛium instrumentũ dialetici est ĩductio.

Inductio enim est syllogismus procedens ex singularibus collectis ad uniuersalẽ. Vt iste homo currit / & iste homo currit & iste / & iste / & sic de singulis / ergo omnis homo currit. Et formatur sic sylls. Omnes isti currunt / & oẽs homĩes sũt isti ergo oẽs homines currunt. Et ualet iste syllogismus ad probandum propositiones quas non possumus uel nescimus per medium notius probare. Tunc enim per oĩa singula diuisim ostendimus quod dicimus. Vnde proprie pertinet ad dialeticum / qui non assumit propositiones necessarias nec per se notas / nec demonstratiue probat / sed assumit propositiones probabiles que frequenter non possunt per aliud notius probari / nec sunt ꝑ se note. Vñ oportet ꝙ eas ĩductione ꝓbet.

xviij. ¶ Maxime propꝛium eius instrumentum est syllogismus ex pꝛobabilibus.

Que sint probabilia dcm̃ est ĩ secunda conclusione. Cũ enim dialeticus non procedat nisi ex probabilibus / nullum ĩstrumentum põt esse ei magis propriũ ad determinandũ proble-

mata q̄ syllogismus ex probabilibus.

¶ Instrumenta ad habundandum syllogismis sunt quatuor. xix.

Primum est scientia qua scimus īuenire multas propositiões. Qui aūt uult abundare propsitionibus accipiat eas que uidētur oībus uel pluribus / uel sapientibus / uel maxime notas / uel contrarias probabilibus / uel similes illis. Item opiniones phoꝝ ī unaquaqꝫ arte. Et habere debet multas diffinitiones uel descriptiones & facere nouas. Secundū est scia diuidendi / ita ꝙ postq̄ diuisimus uideamus quot mōis dicitur unū oppositoꝝ diuidentiū / qa tot etiam modis dr̄ & reliquū. Et de hac habes ī secūdo libro. Tertiū est cognoscere dr̄ias reꝝ / & maxime eaꝝ q̄ multū conueniūt. Quartū est scia similitudinis reꝝ. Hoc.n.est ualde utile ad faciendū īductiuas rōnes.

¶ Non est querenda una methodus ad determinandum omnia problemata. xx.

Tūqa non esset facile eā inuenire propter diuersitates problematum. Tum qa non esset utilis / eo ꝙ esset nimis uniuersalis. Oportet enim regulas īuenire proprias unicuiqꝫ problemati ad determinandū ipm proprie & perfecte.

¶ Facilius est destruere q̄ꝫ construere. xxi.

Nam ad constructionē rei perfectā oportet omnia aduenire q̄ pertinent ad eam / ad destructionē aūt sufficit unā partem principalē amouere. Erit ergo facilius probare ꝙ aliqd non sit genus / uel diffinitio / uel propriū / uel accidēs q̄ ꝙ sit. Opꝫ igitur tradere artē spālem ad destruendū uel construendū genus / & similiter aliam ad constrnendum uel destruendum diffinitionem / & sic de aliis. Hec aūt ars est collectio locoꝝ a quibus trahuntur argumenta.

¶ Locus est sedes argumenti. xxii.

Est enim argumentum ratio rei dubie faciens fidem / & proprie est uirtus medii quo extrema coniūguntur. Vis aūt hec

accipitur ab aliqua propositione notissima. Et hec dicitur locus in quo vȝ requiescit argumentū & conseruatur. Vt si arguo omne animal est sbā ergo omnis homo est sbā / animal ē argumentū in ista consequentia seu argumentatione idest est mediū habens uirtutē īferendi illaȝ conclusionē / quam uirtutem accipit ab ista nota propositiōe. Omnis homo est animal Virtus ergo istius medii dicitur in ea requiescere & cōseruari sicut in loco. Locus igitur dicitur argumenti sedes.

xxiij. ¶ Locus maxima / ⁊ locus differentia maxime differunt.

Locus enī q maxima dicitur / ē ipsa ꝓpositio notissima aqua sumitur uirtus argumenti. Locus aūt qui dicitur differentia maxime / est id quo una maxima differt ab altera / & est habitudo terminoꝝ q ponuntur ī maxima. Si quis enim dicit / de quocūq predicatur diffinitio / & diffinitū / maximam dicit. Differentia aūt maxime est habitudo diffinitionis & diffiniti / siue diffinitio & diffinitū per que predicta maxima differt ab ista / de quocūq predicatur speties & genus / cuius differētie maxime sunt isti termini genus / & speties. In utroque aūt loco sedet argumentū. Ad determinandū ergo problemata predicta subiūgenda sunt loca / & primo ea que sunt cōia ad oīa problemata / secundo propria ad unūquodque.

xxiiij. ¶ Loca cōmunia intrinseca / sunt in duplici differentia.

Quedam enim sunt que pertinent ad substantiā rei / ut cum sumitȇ argumentū a diffinitiōe / uel a diffinito / aut a descriptione uel descripto / aut a nominis interpretatione uel interpretato quoꝝ maxime sunt he. Quicqd predicatur de diffinitione / uel descriptione uł nominis interpretatione illud idem predicatur de diffinito / uel descripto / uel interpretato / & ecōuerso. Et omne de quo predicantur / prima tria / & secunda tria eis corrn̄tia predicantur / & econuerso. Et a quocūque remo

